hi dixit. ſed nec diſcendi nec ſcribēdi aptitudinē
habui. ¶ Vidiſti ortum ſacratiſſimi pricipis. vi
diſti ſimul ⁊ partū regine celeſtis. ⁊ in vtroq; ar-
tiſſimā paupꝫtatē potuiſti ꝯſpicere multis neceſ-
ſarijs indigere. Hanc ꝟtutē altiſſimā dn̄s reinue
nit. Hec eſt illa euāgelica margarita p qua emen
da om̄ia ſunt vendenda. Hec eſt totius ſpiritua-
lis edificij primū fundamentū. Nam cum ſarci-
na temporaliū rerū ſpūs ad deū nō poteſt aſcen-
dere. de qua dicebat btūs Franciſcus. Paupꝫta-
tem fratres noueritis eſſe ſpūalem viam ſalutis.
tanq̄ humilitatis fomentū ⁊ perfectiōis radicē.
Cuius eſt fructus multiplex ſed occultus. Ma-
gna ergo nobis eſt verecūdia q̄ eam non ample-
ctamur toto poſſe. ſed oneramur ſuperfluis. quā
do mūdi dn̄s ⁊ dn̄a mater eius eam ſic ſtrictiſſi-
me ac ſtudioſiſſime ꝟuauerunt. De qua ſic dicit
Bern̄. in ſmone primo in vigilia natiuitatis do
mini. qui ſic incipit. Sonuit vox. Abundabat in
terris hec ſpecies ⁊ neſciebat homo preciū eius.
Hanc itaq; dei filius ꝯcupiſcens deſcēdit vt eā
eligat ſibi ⁊ nobis. quā ſua eſtimatiōe faciat pre
cioſam. Adorna thalamū. ſ. humilitate ⁊ paupꝫta

te. in his cōplacet ſibi pānis Maria teſtimoniū
perhibēte. His ſericis delectat̄ inuolui ⁊ abomi-
nationes egyptiorum immola deo tuo. Hucuſq;
Bernardus. Idem in quinto ſmone natiuitatis
ſmo incipit Benedictus deus ⁊ pater. Deniq;
populū ſuū ꝯſolatur. Vis noſſe populum ei⁹?
Tibi derelict⁹ eſt paup ait homo ſm cor dei. Sꝫ
⁊ ipſe in euangelio. Ve vobis inquit diuitib⁹ qui
habetis hic ꝯſolatiōem veſtrā. Quid em̄ conſole
tur eos qui ſuā habent ꝯſolatiōem? Non ꝯſolat̄
xp̄i infantia garrulos. non conſolant̄ xp̄i lachry-
me cachinnātes. nō conſolant̄ pāni eius ambu-
lantes in ſtolis. nō conſolatur ſtabulum ⁊ preſe-
pe. amantes primas cathedras in ſynagogis. vi
gilantibus paſtoribus annūciatur gaudium lu-
cis ⁊ eis natus dr̄ eē ſaluator. Pauperib⁹ atq;
laborātibus nō vobis diuitibus qui veſtram ha
betis ꝯſolationem ⁊ veſtrū dominium. Hucuſq;
Bern̄. Potuiſti etiā attendere in vtroq; profun
diſſimā humilitatē in hac ipſa natiuitate. Nō em̄
ſunt ſtabulum dedignati. nō beſtias. nō fenū. ⁊ ce
tera vilia. Hanc ꝟtutē in om̄ibus actibus tā do-
minus q̄ dn̄a perfectiſſime ꝟuauerūt ⁊ nobis cō
mendauerūt. Nitamur ergo om̄i quo poſſumus
ſtudio ipſam amplecti: q2 ſine ipſa non eſt ſalus.
Nulla em̄ operatio noſtra cū ſuperbia deo place
re poteſt. Nam ſm beatū Auguſtinum. Superbia

fecit angelos demones. humilitas facit homīes
angelis ſimiles. Et Bern. ſmo de viſione Iſaie
Qualē putas neceſſe eſt hominē inuenire qui re-
pudiati locū angeli ſortiat: Semel turbauit ſup-
bia regnū illud. ꝯcuſſit muros ⁊ etiā proſtrauit
ex parte/⁊ parte nō modica. Quid ergo? Nunqd
nō odit ciuitas illam ⁊ vehementer hmōi peſtem
abominatur? Certi eſtote fratres: eum qui ſuper-
bis nō pepcit angelis/nec eſt hominibus parci-
turus. nō eſt cōtrarius ſibiipſi. Hucuſqꝫ Bern.
Potuiſti etiam attēdere in vtroqꝫ/maxime in pu
ero Jeſu nō paruā cordis afflictiōem. De qua ſic
dicit Bern. in ſecūdo ſmone natiuitatis dñi. Na-
ſcitur dei filius cuius in arbitrio erat quodcunqꝫ
vellet eligere tēpus. Elegit quoqꝫ moleſtius pre
ſertim paruulo ⁊ paupis matris filio/q̄ vix pan-
nos haberet ad inuoluendū. preſepe ad inclinan
dum. ⁊ cū tanta eſſet neceſſitas nullā audio pel-
liū fieri mentionē. Et infra. Chriſtus vtiqꝫ q̄ nō
fallitur elegit qd carni moleſtius eſt. Iſtud ergo
melius/illud vtilius. illud potius eligendū. Et
quiſquis aliud doceat vel ſuadeat. ab eo tanqꝫ
a ſeductore cauendū eſt. Et infra. Et tñ fratres
ipſe eſt promiſſus olim p Iſa. vij. paruulus ſci-
ens reprobare malū ⁊ eligere bonū. Malū ergo
voluptas corporis/bonū vero afflictio eſt. Siqdem
⁊ hāc elegit/⁊ illā reprobat puer ſapiēs. Verbū in-

fans. Hucuſqꝫ Ber. Vade ⁊ tu fac ſilr. Diſcrete
tñ vt nō excedas poſſe tuū. Et d his vtutib' ali
as poterit dici. Redeam' ad domū ntitatis. Nato
itaqꝫ dño āgelorum mltitudo ibi exiſtēs luū deū a-
dorauerūt/⁊ ꝯfeſtī ad paſtores iuerūt q̄ erāt ibi p-
pe forte p miliare nūciātes eis ipaꝫ ntitatē ⁊ etiā
locū. Exinde aſcēderūt i celū cū cāticis ⁊ iubilis. ꝯci
uib' ſuis ea ſilr nūciātes. Tota igitur ſupna curia
exhilarata. magnoqꝫ facto feſto ⁊ laudib' ⁊ grā-
rūactiōib' deo pri exhibitis. venerūt oēs quotquot
ibi erāt ſucceſſiue p ordines ſuos videre faciē dñi
dei ſui. ⁊ adorātes eū cū oī reuerētia ⁊ etiā mrēm
ei' laudē eidē ⁊ cātica pſonabāt. Quis eni eorum
auditis nouis remāſiſſet in celo qn viſitaſſet dñm
ſuū ſic hūiliter ꝯſtitutū i terra? In nullo cor hec
ſupbia cadere potuiſſet. Et iō dicit apl's ad He-
breos. j. Et cū introducit pmogenitū in orbē ter
rarū dicit. Et adorēt eū oēs angeli dei. Hec medi
tari de angelis iocūdū puto q̄liter ſqꝫ ſe habue
rit vtitas. Veneruntqꝫ paſtores ⁊ adorauerūt eū/re
ferētes q̄ audierūt ab angelis. Mr vero prudētiſſi-
ma oīa que de ipo dicebātur ꝯſeruabat in corde
ſuo. Illi aūt gaudētes abierūt. Genuflecte ⁊ tu
q̄ tm̄ diſtuliſti ⁊ adora dñm deū tuū ⁊ poſtea ma-
trē ei'. ⁊ reuerēter ſaluta ſctm̄ ſenē Ioſeph. Dein
de oſculeris pedes pueri Ieſu iacētis in lecto/⁊ ro
ga dñam vt eū tibi porrigat vel pmittat accipere

Accipias eum inter brachia tua. retine ⁊ intuea-
ris faciē eius diligēter ac reuerēter deoſculare ⁊
delectare in eo. Confidenter hoc facere potes. qꝛ
ipſe ad peccatores venit pro eoꝝ ſalute ⁊ cū eis
humiliter ꝯuerſatus eſt. Et tandem ſe ipſis dimi-
ſit in cibū. Unde benignitas ſua patienter ſe tan
gi pro tuo velle permittet. Nec imputabit p̄ſum-
ptioni ſed amori. ſemꝑ tamē cū reuerentia ⁊ timo
re hec facias. qꝛ ipſe ſanctuſſanctoꝝ eſt. Poſtea
redde ip̄m matri. ⁊ ꝯſpice diligenter q̄ꝫ ſtudioſe ⁊
ſapiēter gubernat eum. lactat ac cetera ei fac ob-
ſequia. Sta ⁊ tu adiuua eam ſi potes. In his de
lectare iocūdare ac ſedulo meditari memento. ⁊
quātum potes famuleris dn̄e ⁊ puero Jeſu. ⁊ in
tuearis faciē eius ſepe. in quā deſiderāt angeli ꝓ
ſpicere. Semꝑ tamen vt dixi cū reuerētia ⁊ timo-
re ne patiaris repulſaꝫ. Reputare em̄ te debes in
dignā talium ꝯuerſatione. Meditari debes etiā
cum gaudio quanta ſit hodierna ſolennitas. Ho
die nanqꝫ natus eſt xp̄us. ⁊ ſic vere eſt dies nata
lis regis eterni ⁊ filij dei viui. Hodie filius datꝰ
eſt nobis. ⁊ puer natus eſt nobis. Hodie ſol iuſti
cie qui erat in nubilo clare refulſit. Hodie ſpiritꝰ
ſanctus eccleſie electoꝝ caput proceſſit de thala
mo ſuo. Hodie deſideratam faciem oſtendit for-
ma ſpecioſus pre filijs hominū. Hodie factus
eſt ille hymnꝰ angelicus. Gloria in excelſis deo.

Hodie pax hominibus eſt annūciata vt in eodē
hymno cōtinetur. Hodie vt etiam cantat eccleſia
per totū mundū melliflui facti ſunt celi. ⁊ in ter-
ra canūt angeli. Hodie primitus apparuit beni-
gnitas ⁊ humanitas ſaluatoris dei noſtri. Hodie
adoratus eſt deus in ſimilitudīe carnis peccati
Hodie illa duo miracla ꝯtigerūt que ſupant oēꝫ
intellectū: ⁊ ſola fides apprehēdere pōt. ſ. q̄ꝫ deꝰ
naſcitur ⁊ v̄go parit. Hodie alioꝝ miraculorum
claruit multitudo. Deniqꝫ om̄ia que dicta ſūt de
incarnatione: quaſi hic clarius eluceſcunt. ibi in
choata: hic manifeſtata Unde nūc illa ⁊ iſtis me
ditatiōibꝰ iſta cōiunge. Merito ergo eſt dies illa
iubilationis ⁊ gaudij: ⁊ leticie magne nimis. Nā
rome: de quadā taberna dicta emetoria Coꝛ mili-
tes ibi ſpaciando ⁊ emēdo neceſſaria: ea q̄ ſtipen
dijs ſuis acq̇ſierāt expendebant ꝯ fōs olei largiſ-
ſimi emanauit de t̄ra. ⁊ ꝑ totuꝫ diem largiſſimo ri
uo fluxit. ⁊ circulus ad modū celeſtis arcus cir-
ca ſolem in toto orbe apparuit. ⁊ rome ſtatua au
rea quā romulus in ſuo palacio poſuerat: que ꝓ-
phetabaꝛ non cadere donec v̄go pareret: ſtatī vt
xp̄s natꝰ ē: corruit. In quo loco Calixtꝰ papa ec
cleſiaꝫ ſctē Marie q̄ nūc dicitur tranſtiberim: cō-
ſtituit.

## De circūciſiōe ⁊ fletu dn̄i. Ca. ix.

O Ctauo aūt die circū-
cisus est puer. Duo autem magna
hodie fctā sunt. Unuꝫ quia manife
stuꝫ est nomē salutis: quod ab eter-
no sibi impositum fuerat: ⁊ ab āge
lo vocatum, priusq̄ in vtero cōciperet: hodie fu-
it declaratū ⁊ nominatum. Et vocauerunt nomē
eius Jhm. Jhs autem dicitur saluator. quod est
nomē sup omē nomen. Nec eni est ut Apl'us pe
trus ait. ꝯ aliud nomē sub celo: in quo oporteat
nos saluos fieri. Secundū quod hodie fctūꝫ fu-
it: est. quia incepit dn̄s Jhs suuꝫ sacratissimū sā-
guinem ꝓ nobis effundere. Tēpestiue enim cepit
ꝓ nobis pati ⁊ qui peccatuꝫ non fecit: ꝓ nostris
penaꝫ hodie portare incepit. Compatere tu ei: ⁊
plora cuꝫ illo: quia hodie fortiter plorauit. Nam
in solēnitatib' multum gaudere debemus ꝓpter
nr̄am salutem. sꝫ multuꝫ cōpati ⁊ dolere ꝓpter su-
as angustias ⁊ dolores. Audistis in ntītate quā-
tam afflictionem habuit ⁊ penuriam: ⁊ inter alia
h etiā fuit. q quādo mater eū posuit in presepio
ad caput eius posuit quēdam lapidē interposito
forte feno. ⁊ vt habui a frē nr̄o qui vidit: ⁊ adhuc
ille lapis apparet hodie ad memoriā ibidem mu-
ratus: credas q libenti' posuisset puluinar si ha
buisset: sꝫ cū aliud nō hr̄et qd poneret: cū cordis

amaritudie posuit illū lapidē: Audis ⁊ hodie: q2
sāguinē suū fudit. Fuit eīm caro ipsi' cū cultello
lapideo icisa. Nōne ergo cōpatiēdum est ei: Ita
Sic certe ⁊ mrī. ¶ Plorauit ergo puer Jhs ho
die ꝓpt dolorē quē sēsit in carne sua. Nā vam car
nē ⁊ passibilē habuit sic ceteri hoies. Sꝫ eo plo-
rāte: credis ne q mat potuit lachrimas cōtinere:
plorauit ꝗ ⁊ ipa. Quā plorātē fili' stās i gremio
ei' aspiciēs: puulā manū suā ad os ⁊ vultum ei'
ponebat: quasi nutu rogās eā ne ploraret. Quāꝫ
eniꝫ tenerrime diligebat: a ploratu cessare vole-
bat. Silr ⁊ mr cui' viscera totalr cōmouebant in
dolore ⁊ lachrimis filij: nutu ⁊ vbis ꝯsolabat eū.
Intelligebat ei tāq prudētissima volūtatē ei' q
uis nōdū loqret. Et dicebat. Fili. si tu vis me a
ploratu cessare: cessa ⁊ tu. Nō eiꝫ possū te plorāte
nō plorare. Et tūc ex ꝯpassiōe mris fili' a singul
tib' desistebat. Mr vo ⁊ ipi' ⁊ suos oclos terge-
bat: ⁊ vltū vltui applicabat. Lactabat eū ⁊ omi-
b' quibus poterat modis ꝯsolabat. Et sic facie
bat quotiēs plorabat qd forte sepe pueroꝝ more
faciebat: ad ostēdēdā miseriā nature hūane quā ve
assūpserat: ⁊ ad occultādū se ne a diabolo cogsceret-
tur. Cātat nāq de ipo eccl'ia. Uagit infās int ar
ta ⁊c̄. Hodierno autem tēpore cessat circuncisio
corporalis: ⁊ habem' baptismū qui est maioris
grē ⁊ minoris pene. Sed debemus hr̄e circunci-

ſionem ſpūalem ⁊ oīa ſupflua reijcere. ⁊ hoc ē
quod pauptatem cōmendat. Nā verus paup eſt
q ſpūaliter circūciſus. Et hāc ſm Ber. paucis
v̾bis tradit Apls dicēs. Habentes victum ⁊ ve-
ſtitum his contenti ſimus. Spūalis etiam circū-
ciſio d3 eſſe in omībus ſenſibus corporis noſtri
videndo. audiendo. guſtando. ⁊ tangendo: pauci
tate vtamur ⁊ maxime in loquendo. Loquacitas
eſt viciū peſſimu3: ⁊ deo ⁊ hominibus odioſu3 ⁊
diſplicibile. Unde debemus eſſe circūciſi lingua
.i. pauca ⁊ vtilia loqui. Signū leuitatis eſt mul-
tum loqui. Vn̄ ſilentium eſt v̾tuoſa res: ⁊ nō ſine
cauſa in religionibus ordinatū. Et circa hāc ma
teriam: ſic dicit beatus Gre. Ille loqui v̾aciter no
uit: qui pri' bene tacere didicerit. Cenſura eni3 ſi-
lentij eſt v̾bi neceſſarium inſtrumētū. Idem alibi
Qui ſenſu leues ſunt: ⁊ in locutiones precipites
erunt. quia qd leuius ɔſcia ɔcipit: leuius ptin
lingua pmit. De hoc etiā dicit Ber. in epl̄ia ſer-
mone qui incipit In opibus dn̄i. Iam v̾o de lin-
gua quis neſciat q̄ᵽ multum inquinauerit nos. per
vaniloquia ⁊ mendacia. p detractiones ⁊ adulati
ones. p v̾ba malicie ſiue iactantie: Pro his omi-
bus neceſſaria eſt ydria quinta. ſilētium. ſ. cuſtos
religiōis. in quo eſt fortitudo nr̄a. Idē alibi. Oci
oſitas mater nugaꝝ eſt: ⁊ nouerca v̾tutū. Inter ſe
culares nuge: nuge ſunt. in ore ſacerdotum blaſ-
phemie. Sed ⁊ ſi nuge incidunt interdum feren-
de fortaſſe ſunt. ſed inferende nunq̄ᵽ, conſecraſti
eīm os euangelio. illicitum eſt iam talibus aperi-
re illud.

## De epiphania ſiue aperitione do- mini. Capitulum. x.

Die autez terciodeci-
mo puer Ieſus manifeſtauit ſe gē-
tibus. i. magis qui gentiles erant.
Attende circa diem iſtum. quia vix
inuenies aliquod feſtum ſic ab ec-
cleſia ſolennizatū ⁊ multiplicatū in antiphonis.
reſponſorijs, ⁊ ſermonibus, ⁊ alijs que ad ſolen-
nitatem pertinēt ſicut illud. Nō q̄ᵽ ſit maius om
nibus alijs. ſed quia multa ⁊ magna tali die fa-
cta ſunt p dn̄m Ieſum, ⁊ maxime circa ipſam ec-
cleſiam. ¶ Primu3 eſt quia hodie ipſa eccleſia
recepta eſt ab eo in perſona magorum. quia eccle
ſia ex gentibus congregata eſt. Nam die natalis
ſui apparuit iudeis in perſona paſtorum qui iu-
dei non receperunt verbū dei niſi pauci ex ipſis.
Hodie vero apparuit gētibus, ⁊ hec eſt eccleſia
electoꝝ. Unde feſtum hodiernum eſt proprie fe-
ſtum eccleſie ⁊ fidelium chriſtianorū. ¶ Secun-
dum, q2 eccleſia eſt hodie deſponſata ab eo. ⁊ d-

dem vere ꝯiuncta per baptiſmū. quē tali die ſuſce
pit. ſ. reuoluto. xxix. anno. Et ideo letāter cantat.
Hodie celeſti ſponſo iuncta eſt eccleſia ⁊c̄. Nam
in baptiſmo deſponſant̄ aīe xp̄o/qui a ſuo bapti-
ſmo ſumpſit ꝟtutē. ⁊ aīarū baptizatarū ꝯgrega-
tio vocat̄ eccleſia: ¶ Tertium. qꝛ tali die. ſ. reuolu
to anno poſt baptiſmū fecit primū miraculū ad
nuptias. qđ etiam ad eccliam ⁊ ſpūales nuptias
pōt adaptari. Videtur etiā poſtea feciſſe tali die
miraculum de multiplicatiōe panū ⁊ piſciū. Sꝫ
prima tria eccleſia hodie repreſentat. illud autē
nō. Vides ergo ꝙ̄ venerabilis eſt dies illa quam
dn̄s elegit ad tot magnifica ⁊ mirifica: Conſide
rans ergo eccleſia tot magna beneficia hodie ſi-
bi a ſuo ſponſo exhibita/grata exiſtere volēs. ex-
ultat. iocūdatur. ⁊ iubilat: ⁊ hūc diē magnifice ſo
lennizat. ¶ Dicamus ergo de primo. qꝛ de aliis
ſermo erit ſm̄ ordinem vite ipſius chriſti. Sed de
primo opere. ſ. de magoꝝ aduentu ad xp̄m nō eſt
intentionis mee narrare moralitates ⁊ expoſitio
nes que ſic diligēter per ſanctos tradite ſt. Qua
liter ergo venerūt magi ab oriente hieroſolymā.
Et quid inter eos ⁊ herodē actum ſit. ⁊ de ductu
ſtelle. ⁊ quare talem oblatiōem fecerūt. ⁊ de aliis
hm̄oi. Legas textū euāgelii/⁊ ſctōꝝ expoſitiōes
⁊ īuenies. Ego eñ in hoc ⁊ ī aliis vite xp̄i actib⁹
intēdo vt in p̄ncipio tibi dixi aliq̄s meditatiōes

tangere ſm̄ quaſdem imaginarias repreſentatio-
nes q̄s anima diuerſimode percipere pōt ſm̄ ꝙ
geſta fuerūt per ipſum. vel ſicut fuiſſe credi pn̄t.
De expoſitiōibus aūt raro intromittere me cogi-
taui. tū qꝛ ad hoc inſufficiēs ſum. tum etiā qꝛ ni-
mis eſſet lōga materia. In pn̄ti ergo negocio ſis
p̄ſens ⁊ ꝯſpice bene ſingula: qꝛ vt alias tibi dixi
in hoc eſt tota vis harū meditationū. Venerūt er-
go iſti tres reges cū multitudine magna ⁊ hono
rabili comitiua. ⁊ ſunt ante illud tuguriū in quo
natus eſt dn̄s Jeſus. Dn̄a ſentit ſtrepitum ⁊ tu-
multū. ⁊ accipit puerū. Intrāt illi domūculam ⁊
genuflectūt ⁊ adorāt dn̄m puerū Jeſuꝫ reuerēter
honorāt eū vt regē ⁊ adorāt vt dn̄ꝫ. Vide ꝙ̄ ma
gna fuit eoꝝ fides. Quid eñ erat credere ꝙ ille
puerulus ſic viliter indut⁹. cū paupcula mr̄e in-
uētus/⁊ in loco ſic abiecto. ſine ſocietate. ſine fa-
milia. ſine om̄i ornatu eſſet rex ⁊ de⁹ verus: Et tñ
vtrūq; crediderunt. Tales duces ⁊ talia p̄mitiua
nos oportebat habere. Stāt ergo genuflexi corā
eo. colloquūtur cū dn̄a. vel ꝑ īterp̄tē vel ꝑ ſeip̄os
qꝛ ſapiētes erāt/⁊ forte linguā hebraycā ſciebāt.
Querūt ab ea de ꝯditionibus iſtius pueri. Dn̄a
narrat/⁊ illi om̄ia credūt. Cōſpice bñ ip̄os qꝛ re
uerēter ⁊ curialiter loquūtur ⁊ audiūt. Conſpice
⁊ dn̄am. qꝛ cum rubore in verbis ⁊ oculis ad ter
ram demiſſis/ac cum verecundia loquitur. non

delectatur loqui nec videri. Dñs tamen dedit ei
vigorem in hoc magno opere. Quia illi repreſen
tabant vniuerſam eccleſiam futurã ex gentibus.
Conſpice ꝛ puerũ Jeſum nondũ loquitur. ſꝫ ſtat
cũ maturitate ꝛ grauitate tanꝙ intelligens. ꝛ be-
nigne reſpicit illos. ꝛ illi multũ delectant in eo.
tam viſu mentali tanꝙ intus edocti ꝛ illuminati
ab eo ꝙ corporali. qꝛ ſpecioſus erat p̄ filijs ho-
minũ. Tandem conſolatione magna recepta of-
ferunt eidem aurũ thus ꝛ mirrhã. aperiẽtes the-
ſauros ſuos. ꝛ ponẽtes aliquẽ pannũ vel tapetũ
ante pedes dñi Jeſu obtulerũt. ſ. quilibet illorũ
illa tria in maxima quantitate precipue de auro.
Alias eñ pro parua oblatõe nõ oportuiſſet ape-
riri theſauros. quia parua de leui habuiſſent ad
manus ſenaſcalli eorum. Et tunc reuerẽter ꝛ de-
uote oſculati ſunt pedes eius ¶ Quid ſi tũc pu
er ſapiẽtiſſimus vt eos magis conſolaretur ꝛ in
amore ſuo roboraret. porrexerat etiam deoſculan
dum manũ? Signauit etiã eos ꝛ benedixit. Illi
ergo ſe inclinantes ꝛ valefacientes cum magno
gaudio receſſerunt. ꝛ p aliam viã reuerſi ſunt in
regionem ſuam. Quid autẽ de auro iſto factũ pu
tas quod erat ſic magni valoris? Nunquid dña
reſeruauit ſibi? vel depoſitum fecit. vel nunquid
emit domos agros ꝛ vineam? Abſit. nõ curat de
talibus paupertatis amatrix. zelans ergo domi-
na fortiter p paupertate. ꝛ intelligens filij volun-
tatem tam intus docentis ꝙ foris ſigna oſtendẽ
tis. quia vultum forte auertebat ab auro ꝛ vilipẽ
derat. totũ infra paucos dies paupibus eroga-
uit. Graue eñ erat ſibi ſarcinam tenere vel defer-
re. Unde ſic iſta totaliter expenderat. ꝙ qñ intra-
uit in templum non habuit vnde vnum agnum
emeret quẽ offerret pro filio. ſed emit turtures vl
columbas. Unde rationabile eſt credere ꝙ ma-
gna fuit oblatio magorũ. ꝛ ꝙ dña zelans pauper
tatem (quia plena charitate) dedit eã paupibus
Vides preconiũ paupertatis. ꝛ in duobus hic at-
tẽde. Primo quia hodie puer Jeſus elemoſynaꝫ
recepit vt paup. ꝛ etiã mater ſua. Secũdo qꝛ nõ
ſolum non curabãt acquirere vel cõgregare. ſed
etiã que dabant retinere nolebant. Semp in eis
creſcebat deſideriũ paupertatis. ¶ Sed nunqd
circa humilitatẽ aliquid attẽdiſti? Si bene aduer
titur etiã humilitatis cernit profunditas. Sunt
eñ qui ſe viles ꝛ abiectos reputãt in animo ſuo.
ꝛ in oculis ſuis nõ extollunt. ſed non ſic eſſe vo-
lunt in oculis aliorum. nec patiũtur vilipendi ab
alijs vel derideri. ꝛ ſuã vilitatẽ vel defectus no-
lunt alijs innoteſcere ne vilipẽdant. Non ſic fe-
cit hodie puer Jeſus omnium dñs. q ꝛ alijs ſua
vilia patere voluit ꝛ non paruis aut paucis. ſed
magnis ꝛ multis. ſ. Regibus ꝛ ſocijs eorum ꝙ

pluribus. Et in tali caſu ⁊ tpe in quo multã erat timendã. Nã cũ illi venirẽt vt inuenirẽt regez iudeoꝝ quẽ etiã deũ eſſe putabãt. dubitare poterãt ne talibus de ipſo viſis reputãtes ſe fatuos ⁊ deluſos recederẽt ſine fide ⁊ deuotiõe. ſed non dimiſit humilitatis amator. dans nobis exemplũ ne ſub ſpecie alicuius apparẽtis boni recedam⁹ ab humilitate. Et ꝙ diſcamus etiã in alioꝝ oculis viles ⁊ abiecti velle apparere.

## ¶ De mora domine apud preſepe. Capitulum. xj.

Expeditis igitur magis. ⁊ viſus patriã ſuã regreſſis. ⁊ totis eoꝝ oblatiõibus erogatis. adhuc ſtat dña mũdi cum puero ſuo Jeſu. ⁊ nutricio ſuo ſancto ſene ioſeph apud preſepe in illo locello patienter vſqꝫ ad quadrageſimã diem. ac ſi eſſet quedã mulier alia de populo. ⁊ puer Jeſus eſſet homo purus ⁊ indigeret legis obſeruatiõe. Sed qꝛ nolebãt prerogatiuas ſingulares: legẽ obſeruabãt vt ceteri. Nõ ſic faciũt multi qui in cõi ꝯgregatiõe degentes, ſibi ſpeciales prerogatiuas exigunt fieri. et ab alijs tanꝙ honorabiliores volunt in talibus diſcerni. ſed hoc nõ patitur humilitas vera. Stabat ergo domina more aliarum, dictam diem expectans ingreſſura in templum. Stabat vigilãs ⁊ attenta ſuper cuſtodia dilecti filij ſui. O deus cum quanta ſollicitudine ⁊ diligentia ipſum gubernabat ne in minimo eſſet defectus. Cum quãta etiam reuerentia ⁊ cautela ⁊ quo timore ipſuꝫ contractabat, quem ſciebat eſſe deum ſuum ⁊ dominũ ſuum. flexis genibus accipiebat ⁊ imponebat eum in cunis. Cum quanta etiam iocunditate ⁊ confidentia. ⁊ auctoritate materna ipſuꝫ amplexabatur. oſculabatur. ſtringebat dulciter. ⁊ delectabatur in eo quem ſciebat eſſe filium ſuum. ꝙ̃ ſepe curioſe intuebatur eum in vultu. ⁊ ſingulis partibus eius ſacratiſſimi corporis. ꝙ̃ ſerioſe ac pudenter tenella membra faſcijs componebat. Sicut enim fuit humilima. ſic fuit ⁊ prudentiſſima. ¶ Unde in ſingulis officijs ⁊ obſequijs vigilanti ⁊ dormienti ſedule miniſtrabat. non ſoluꝫ infantulo ſed grandeuo. O ꝙ̃ libenter eum lactabat. Vix fieri potuit quin magnam etiam alijs feminis inexpertã dulcedinem, in talis filij lactatione ſentiret. Sed ⁊ de ſancto ſene Joſeph refert Bernardus ſe credere ꝙ puerum Jeſum ſuper genua ſua tenens eidem frequenter arriſit. Stante ergo dña apud preſepe. ſta ⁊ tu cũ ea iux̃ pſepe ⁊ delectare frequẽter cũ puero ieſu. qꝛ virtus exit ab ipſo. Quelibet anima fidelis ⁊ maxime religio

ſa perſona. A die natiuitatis dñi vſq3 ad purifi-
catiõem deberet ſaltē ſemel in die apud p̄dictū
preſepe dñam viſitare. adorare puerū Jeſum ꝛ
matrē eius. affectuoſe meditari de paup̄tate. hu-
militate ꝛ benignitate ipſorum.

## De purificatiõe btē ṽgis. Cap. xij

Aduenienteaūt qua-
drageſima die prout in lege ſtatu-
tum erat. exijt dña cum puero Jeſu
ꝛ Joſeph. ꝛ iuerunt de bethleez in
hieruſalem que ſunt quinq3 vel ſex
miliaria: vt ſm legem ſiſterēt eū do
mino. Vade ꝛ tu cum eis ꝛ iuua portare puerū
ꝛ ↄſpice attente ſingula que dicūtur ꝛ fiunt. que
deuotiſſima ſunt. Adducūt ergo dñm tēpli ad tē
plum dñi. Cumq3 intraſſent tēplū/emerunt duos
turtures/aut duos pullos colūbarū vt offerrēt
p̄ eo ſicut pro paup̄ibus fiebat. Et q2 erāt paup̄
rimi. credendum magis de pullis colūbarū. quia
ꝛ pro minori precio inueniūtur. ꝛ ideo in lege po
nūtur in vltimo loco. ꝛ euāgeliſta tacet de agno
qui erat oblatio diuitū. Et ecce ſymeon iuſtus in
ſpū venit in templum. vt ſicut reſponſum accepe
rat videret xp̄m dñi. Cum aūt feſtināter veniens
vidiſſet eum/ſtatim ↄgnouit eū prophetico ſpiri
tu. ꝛ accelerans genuflexit ꝛ adorauit eum inter

brachia matris. Puer aūt benedixit eū ꝛ aſpici-
ens matrē inclinauit ſe. oſtendens ſe velle ad eū
ire/ qd mater intelligēs q̄uis admirās porrexit
eum ſymeoni. Ille aūt gaudenter ꝛ reuerenter in
vlnis ſuis eū recipiens ſurrexit/benedicēs deum
ꝛ dixit. Nunc dimittis ſeruū tuū dñe ꝛc̄. De paſ-
ſione ipſius p̄phetauit. Superuenit ꝛ ipſa prophe
tiſſa anna/ꝛ adorans eū/ſimiliter de ipō loqueba
tur. Maria vero de his admirās oīa conſerua
bat in corde ſuo. Deinde puer Jeſus extendens
brachia verſus matrē/ad eam redijt. Poſtea va-
dunt ad altare p̄ceſſionē faciētes que hodie rep̄-
ſentat̄ per vniuerſum mundū/precedūt alacriter
illi duo venerabiles ſenes. ſ. Joſeph ꝛ ſymeon te
nentes ſe per manus. ꝛ cū exultatione magna iu
bilantes ꝛ pſallentes. Confitemini dño quoniā
bonus: qm̄ in ſeculum ꝛc̄. Fidelis dñs in omni-
bus verbis ſuis. ꝛc̄. Quoniā hic eſt dñs deus nr̄
in eternum ꝛ in ſeculum ſeculi/ipē reget nos in ſe
cula. Suſcepimus deus miſcd̄iam tuā in medio
templi tui. Sequitur mater portans regē Jeſum
ꝛ Anna ſociat eā. vadens ex latere cū reuerentia
iubilans. ꝛ ipſa gaudio indicibili laudans dñm.
Ab iſtis ergo fit proceſſio. paucos quidē ſ3 val-
de magna repreſentātibus. q2 de omī genere ho-
minū ſunt inter eos. de maſculis ꝛ feminis. ſeni-
bus ꝛ iuuenibus/virginibus ꝛ viduis. Cū autē

peruenerunt ad altare. mater cũ reuerentia genu-
flexit ⁊ offert dilectiſſimũ filiũ ſuũ deo patri ſuo
dicens. Accipite pater excellentiſſime vnigenitũ
veſtrũ. quẽ ſm̃ mandatũ veſtre legis vobis offe-
ro. quia primogenitus matris eſt. Sed rogo pa-
ter vt eum mihi reddatis. ⁊ ſurgens dimiſit ipm̃
ſuper altare. O deus qualis eſt oblatio iſta: nũꝗ̃
a ſeculo talis facta fuit nec fiet. Reſpice hũ ſin-
gula. Stat puer Jeſus ſedens ſup altare. ſicͭ qui-
libet alius puerulus. ⁊ facie matura reſpexit ma-
trẽ: ⁊ alios. ⁊ humiliter ⁊ patiẽter expectat quid
deinceps fieri debeat. Adducũtur ſacerdotes ⁊
redimit dñs omnium tanꝗ̃ ſeruus quinqꝫ ſiclis
more aliorꝝ. Siclus erat genus monete quibus a
Joſeph ſacerdoti ſolutis mater letãter reaccepit
filiũ. Accepit etiam de manu Joſeph predictas
aues vt eas offerat. ⁊ genuflectẽs ⁊ tenens eas
in manu ſua. eleuatis oculis ⁊ in celum porrecti
eas obtulit dicens. Accipite clemẽtiſſime pr̃ hãc
oblatiõem ⁊ munuſculum: ⁊ primũ donũ qđ par-
uulus vr̃ vobis hodie de ſua pauꝑtate p̃ſentat.
Sed ⁊ puer Jeſus manus ſuas ad aues porri-
gens. oculos ad celum leuauit. ⁊ nondũ loquẽs
geſtibus vna cũ matre offerebat. ⁊ poſuerũt eas
ſuper altare. ¶ Vidiſti quales ſti oblatores iſti:
mater ⁊ filius: Nunqđ potuit talis hoſtia ꝗ̃uis
parua repudiari: Abſit. ſed potius ꝑ manꝰ ange-

lorꝝ fuit in ſuprema curia preſentata ⁊ valde ac-
ceptata. ita ꝙ tota curia iubilãs exultauit. Po-
ſtea virgo ſancta diſceſſit de hieruſalem ⁊ viſita-
uit Elizabeth. volẽs videre Johãnẽ priuſꝗ̃ de
partibus illis diſcederet. Vade ⁊ tu ſemꝑ cũ ea
quocunqꝫ ierit. ⁊ adiuua portare Jeſum. Cũ er-
go veniſſet ad eã. feſtũ magnũ fecerũt. ⁊ maxime
de pueris ſuis. Sed ⁊ pueri letabãtur adinuicẽ.
Et Johãnes quaſi intelligẽs reuerenter ſe habe-
bat erga Jeſum. Accipe ⁊ tu reuerẽter Johãnem
q2 hic puer magnꝰ eſt coram dño. ſi forte benedi-
xerit tibi. Aliquibus aũt diebus ibi mora contra-
cta diſcedunt volẽtes ire nazareth. Si aũt in p̃di-
ctis vis informari. de humilitate ⁊ pauꝑtate cõ-
ſiderata oblatiõe ⁊ redẽptione ac legis obſeruati-
one. de facili potes aduertere.

## ¶ Tertia feria.

## ¶ De fuga dñi in egyptũ. Cap. xiiij.

CUm ergo pergerẽt
Jhſus nazareth neſciẽtes adhuc
ſuper hoc ↄſilium domini. ⁊ ꝙ
Herodes pararet ſe ad necem
pueri Jeſu. Angelꝰ domini ap-
paruit Joſeph in ſomnis dicẽs
ei. Vt cum puero ⁊ matre fugeret in egyptum.

qꝛ herodes volebat aīam pueri perdere. Joseph
vero euigilās ⁊ excitās matrē dixit ei. Ipa incon
tinēti ſurgens, nulla moꝛa ꝯtracta voluit iter ar
ripere. ꝯcuſſa eñ ſunt ad hanc vocē viſcera eius
⁊ circa filij ſui ſalutem nolebat negligēs inueni
ri. Ergo de nocte incōtinēti ceperūt ire ꝟſus par
tes egypti. Conſpice ⁊ meditare pꝛedicta ⁊ infra
ſcripta. ⁊ quō puerū Jeſum doꝛmientē eleuant ⁊
cōpatere ipſis. Et attēde hic diligēter: qꝛ multa
⁊ bona conſiderare potes in pꝛeſenti negocio.
¶ Pꝛimo ꝯſidera queadmodū dñs in ſua ꝑſo
na ſuſcepit aliqñ pꝛoſpera. aliquādo aduerſa Et
cum ſimile tibi ꝯtigerit nō ſis impatiens. Nā iu
xta montem inuenies vallem. Ecce eñ in natiui
tate ſua xp̄s magnificatꝰ fuit a paſtoꝛibꝰ tāq̄ d̄s
⁊ parū poſt partū: circūciſus fuit tanq̄ pctōꝛ.
Deinde veniētes magi eum plurimū honoꝛaue
runt. ⁊ nihilominus ip̄e in ſtabulo remanens ſta
bat inter beſtias ⁊ ploꝛabat vt cuiuſdā homūcu
li filius. Poſtea pꝛeſentatus erat in templo quē
multū extulerunt ſymeon ⁊ anna. Et nunc ab an
gelo d̄r q̄ fugiat in egyptum. Et de multis tali
bus poteris in vita ſua ꝑpendere que ad noſtraꝫ
inſtructionem poſſumus retoꝛquere. Cum ergo
ꝯſolatiōem habueris, tribulatiōeꝫ expecta. ⁊ ecō
tra. Unde in eis nec extolli nec frangi debemus.
Dat eñ dñs conſolationes ad ſpem ſubleuādas

ne deniemus. Et tribulatiouē ad hūilitatē ꝯſuā
dam. vt cognoſcētes miſiaꝫ nrām, ſēꝑ in ſuo ſte
mus timoꝛe. Ad nrām ergo inſtructioneꝫ hec fe
ciſſe meditemur: ⁊ etiaꝫ vt ſe diabolo occultaret.
¶ Secūdo ꝯſidera circa dei bñficia ⁊ ꝯſolatio
nes, q̄ qui ea ꝑcipit nō dꝫ ſe pꝛeferre nō ꝑcipiēti
⁊ qui non ꝑcipit nō deijciat animo. nec habēti in
uideat. Hoc dico, qꝛ angeloꝝ locutiones fiebant
Joseph ⁊ nō matri: cū tamē lōge ea eſſet inferioꝛ
Itē ⁊ qui percipit licet nō percipiat pꝛo ſuo vel
le. nō debet eſſe ingratus nec murmurare. cū etiā
Joseph qui tantus erat apud deū nō palam ſed
in ſomnis tales allocutiōes ꝑcepit. ¶ Tertio cō
ſidera quō dñs ꝑmittit ſuos ꝑſecutionibus ⁊ tri
bulatiōibus vexari. Tunc eñ magna erat tribula
tio matri ⁊ Joseph. cū viderāt puerū ad occiſio
nē queri, quid eni grauiꝰ audire poterāt: Et erat
eis in hoc tribulatio magna. qꝛ licet ſcirēt eñ fili
um dei eſſe. tñ poterat ſenſualitas eoꝝ turbari et
dicere. Dñe deus omnipotēs. quid opꝰ eſt q̄ iſte
tuꝰ filiꝰ fugiat. Nō potes h̄ eū defēdere: Et etiā
in hoc erat tribulatio q̄ in terrā lōginquā opoꝛ
tebat eos ire quā ignoꝛabāt. ⁊ ꝑ vias aſꝑas cuꝫ
eſſent inhabiles ad eūdū. Dña ꝓpter iuuentuteꝫ
ioſep vero ꝓpter ſenectutē. ip̄e etiā puer quē poꝛ
tare habebāt vix erat duoꝝ mēſiū. et peregrinari
habebāt in terra aliena. et pauperes qi nihil ha

bentes.Oīa enī iſta ſunt afflictōis materia.Tu er
go cū tribularis patiētiam habe.nec credas tibi
ab eo priuilegium dari qd̄ nec ſibi tribuit nec ma
tri.Quarto cōſidera benignitatē. Uides enī quō
et ꝙ̄ cito ꝑſecutionē patitur. et fugā de terra nati-
uitatꝭ ſue.⁊ tā benigne cedit furoꝛi illius quē po
terat ꝑdere in momēto.Pꝛofunda eſt hec humi-
litas. ⁊ patientia magna. Nolebat enī ſibi vicem
reddere nec offendere. ſꝫ fugiendo inſidias eius
vitare.Sic ⁊ nos facere tenemur obiurgantibus
ſcꝫ vel repꝛehendētibus vel perſequētibus nō reſi
ſtere.vel de ipīs vindictā expetere ſꝫ patiēter eos
poꝛtare ⁊ ipoꝝ furoꝛi cedere.⁊ qd̄ plꝰ ē ꝓ eis oꝛa
re.vt alibi dn̄s in euāgelio docet.Fugiebat ergo
dn̄s ante faciē ſerui.imo potiꝰ ſui diaboli.Poꝛ-
tabat eū mater tenera ⁊ iuuenis valde.⁊ ſctūs io
ſeph multū ſenex in egyptuꝫ per viam ſilueſtreꝫ
obſcurā nēoꝛoſaꝫ.aſperā ⁊ inhabitatā ꝑ viā etiā
valde longā. Dicit̄ ꝙ ad iter curſoꝛꝭ ſunt.xij.vel
xv.diete.pꝛo eis aūt fuit foꝛte iter duoꝝ mēſium
et pluriū. Juerunt enī vt dicit̄ per deſertuꝫ illud
per quod trāſiuerūt filij iſrael in quo ſteterūt.xl.
annis.Sꝫ quō faciebāt de victu ſecū poꝛtando:
Ubi etiam et quō de nocte quieſcebāt ⁊ hoſpita
bantur: Raro enī domos in illo deſerto inuenie-
bant.Cōpatere ergo eis.qꝛ laboꝛ difficilis ⁊ ma-
gnus.⁊ longus eſt tā ipīs ꝙ̄ puero Jeſu. ⁊ vade

cum eis.⁊ adiuua pueꝝ poꝛtare ⁊ ſeruias in om
nibus in quibꝰ potes. Non deberet videri nobis
laboꝛ ꝑ nobiſſipīs pnīam agere ꝓ quibꝰ tātus la
boꝛ ab alijs ⁊ a talibus ⁊ totiēs eſt aſſumptus.
De his autē que ipīs in deſerto ⁊ ꝑ viā contige-
rūt qꝛ pauca autētica inueniunt̄. referre nō curo.
Cū ergo egyptū intrauerūt oīa ydola ipſius pꝛo
uincie coꝛruerūt ſicut ꝑ Jſaiaꝫ fuit ꝓphetatum.
Juerūt ergo ad quādā ciuitatatem que vocatur
Heliopolis ⁊ ibidē aliquā domunculam condu-
centes habitauerūt ibidem per ſeptē annos tāꝙ̄
peregrini ⁊ aduene. pauperes ⁊ egeni. Sed hic
occurrit pulchꝛa.pia ⁊ cōpaſſiua valde medita-
tio. Aduertas bene que ſequūt̄. Unde enī et quō
viuebant iſti tāto tpe: Nunquid mendicabāt: Le
gitur autem de dn̄a ꝙ telu ⁊ acu querebat ſibi ⁊
filio neceſſaria. Suebat ergo ⁊ filabat mūdi dn̄a.
pauꝑtatis amatrix. Multum ꝑ omnē modū iſti
paupertatē dilexerūt.⁊ eidē perfecte vſqꝫ ad moꝛ
tem ſeruauerunt fidem.Sꝫ nūquid ibat ipſa per
domos petendo pannum et alia in quibus opa-
retur: Opoꝛtuit enim hoc per viciniaꝫ innoteſce
re.alias vacaſſet a talibus operibus . qꝛ ille mu-
lieres non poterant diuinare. Sed ⁊ cum Jeſus
cepit eſſe quinquennis vel ſic. Nūquid et ipſe poꝛ
tabat ambaſiatas matris: petendo pꝛo ipſa ea ī
quibus operari valeret. Non enī habebat alium

ſcutiferum. Sed ⁊ nūquid repoꝛtabat oꝑa facta
petens ex ꝑte matris. ſolutioneʒ et pꝛeciū: Nōne
in talibus erubeſcebat puer ihesus. filius dei al-
tiſſimi. ⁊ etiā mater ip̄m mittens: Sed quid ſi ali
quotiens dum opus reddidiſſet ⁊ pꝛecium pete-
ret mulier aliqua ſuꝑba. rixoſa et loquax. iniurio
ſe rn̄dit. opus factuʒ accepit. eū ſine pꝛecio expu
lit: et ſic vacu⁹ domū rediit: O quot et quāte fiūt
iniurie aduenis quas dn̄s vitare nō venit ſed ſu-
ſcipere. Quid etiā ſi aliqñ domum rediens. et fa-
men patiens. moꝛe pueoꝛū petijt panem. nec vn-
de daret habuit mater: Nōne in his ⁊ ſimilib⁹ to
taliter ꝯcutiebant viſcera ſua. Cōſolabat verbis
filium ſuū. et oꝑe vt poterat ꝓcurabat. et ſibi foꝛ-
te aliqñ ſubtrahebat de victo vt filio reſeruaret.
Hec ⁊ his ſimilia de puero ihesu meditari potes
dedi tibi occaſionē. Tu vero ſicut videbit exten
das ⁊ ꝓſequaris. ſiſqʒ paruula cū paruulo ihū.
nec paruipendas talia hūilia ⁊ que puerilia videē
tur meditari de ip̄o. Vident enī dare deuotionem
augere amoꝛē: accendere feruoꝛem: inducere con-
paſſioueʒ: puritatē ⁊ ſimplicitateʒ ꝯferre: et: hūi-
litatꝭ et pauꝑtatꝭ vigoꝛē nutrire ⁊ conſeruare. fa
miliaritatē ⁊ confoꝛmitatē facere. ac ſpem eleua-
re. Naʒ ad ſublimia aſcendere nō valem⁹. ſed qđ
ſtultū dei eſt ſapienti⁹ eſt hominib⁹ ⁊ qđ infirmū
potentius. Videt etiā taliuʒ meditatio ſuꝑbiam

tollere: cupiditatem eneruare ac curioſitatem cō-
fundere. Vides quot bona inde ꝓueniūt: Sis er
go vt dixi cuʒ paruulo paruula. ⁊ cuʒ grādeſcen
te grādeſcas. ſemꝑ tn̄ hūilitate cōſuata. ⁊ ſequa
ris euʒ quocūqʒ ierit. ⁊ intuearis faciē eius ſem-
per. Sed nūquid in ſuperioꝛib⁹ attēdiſti. ꝙ labo
rioſa fuerit eoꝝ pauꝑtas et ꝙ verecunda: Et ſi
ex oꝑe manuū victū querere opoꝛtebat. qđ de ve-
ſtimētis dicem⁹. quid de vtenſilib⁹. ſ. lectꝭ ⁊ aliis
infra domū opoꝛtunis: Nūqđ duplicia hēbāt. nū
quid ſuꝑflua. nūqđ curioſa: Hec ꝯtra pauꝑtatē
ſunt. et iō etiā ſi habere poſſet nollet ea pauꝑtatꝭ
amatrix. Sed ⁊ nūqđ dn̄a ſuendo vel alias oꝑe-
rando faciebat moꝛe quorūdaʒ oꝑa curioſa: Ab
ſit. Faciat hec q̄ tp̄s perdere nō curat. Nō enī po
terat ip̄a in tanta poſita egeſtate tp̄s in vanis ex
pendere. ſed nec alias feciſſet. Eſt enī ꝑiculoſiſſi-
mū viciū. ⁊ maxie tꝑibus nr̄is. Vis videre qūo
Attende ꝑmo quō tp̄s ad laudē dn̄i ꝯceſſum. ex-
pendit ꝯtra ip̄m in vanis. multū ei pl⁹ de tꝑe oc-
cupat ꝙ expediat curioſum opus. ⁊ hoc maluʒ
eſt valde. Secūdo qꝛ facienti eſt cā vane gloꝛie.
O quotiens aſpicit. recogitat et mente reuoluit.
etiā qñ nō oꝑatur. ⁊ etiā qñ debet diuinis intende
re vt pulchꝝ opus faciat. et deinde ſe reputat et
vult reputari. Tercio qꝛ ei cui facit eſt cā ſuꝑbie
tali enī oleo ignis ſuꝑbie nutrit ⁊ magꝭ accendit

Sicut enim rudia ⁊ groſſa ſunt hũilitatis fomē-
ta. ſic iſta ſuperbie. Quarto q2 eſt materia retrahē
di aiam a deo. Nã iuxta btm̃ Greg. Tanto quis
a ſuperno amore diſſũgitur quãto inferius dele-
ctat. Quĩto eſt cõcupiſcẽcia oculoꝝ de trib' vnũ
ad que oia pctã de mũdo reducuntur. Ad nihilũ
enĩ talia curioſa valent. niſi vt exinde oculi vane
paſcant. Quotiẽs aũt qs ĩ talib' delectabiliter ⁊
vane oculos paſcit tã qui fac꜀ q̃ꝫ qui portat ⁊ vti
tur. totiens offendit. Sexto quia multoꝝ alioꝝ
eſt laqueus ⁊ ruina. naꝫ talia reſpiciẽtes. multis
modis offendere pñt. Vel malum exemplum hñ-
do. vel delectabilit' aſpiciendo. vel ſimile concu-
piſcendo vel iudicando vel murmurando vel de
trahendo. Cogita ergo quotiẽs de' offendi po-
teſt anteq̃ꝫ illa curioſitas ſit deleta de om̃ib' aũt
illis ipẽ qui tale opus facit eſt cã. Vñ etiã ſi tibi
dicerẽ q talia p me faceres. licꝫ certiſſime ſcires
me talibus vti velle. tu facere nõ deberes. q2 nul
la de cauſa pctõ cõſentiendũ eſt ⁊ ab offenſa dei
eſt om̃ib' modis abſtinendũ. Quãto ergo magis
offendis ſi tuo motu ad ſolaꝫ cõplacentiã fa-is
volens magis placere creature q̃ꝫ creatori. Hec
igitur faciũt qui ſeculariter viuũt Talia enĩ ſunt
ornamẽta mũdi ⁊ blaſphemia dei. Sed qui ĩ pu-
ritate cõſcientie viuere intẽdit miror qũo hec fa
cere audet et ſe hac fece fedare. Vides quot mala

ex tali curioſitate pueniũt. Adhuc eſt aliud ma-
lum et peius. ſ. q curioſitas directe obuiat pau-
pertati. Et vltra oia predicta eſt etiã h' q leuis et
vani et incõſtãtis animi eſt iudiciũ. Hec autem
oia de curioſitate dixi. vt tu curioſa deuites. Ab
iſpis igit' tã faciendis q̃ꝫ vtẽdis tanq̃ꝫ a veneno
ſo ſerpente oĩno abſtinere curato. Nõ tamẽ intel
ligi debet quin aliqñ liceat facere opa pulchra. ⁊
potiſſime ĩ his que diuino cultui mãcipãtur In
quibus tñ oĩno ĩordinata affectio. intẽtio et dele-
ctatio ſũmope cauenda eſt. et ab aĩo ſollicite lon-
gius ppellenda. De hac autẽ curioſitate ſic dicit
Bern. in ſermonibus ad clericos ca. xij. Specta
cula vana. rogo quid corpori preſtãt. quid ve aĩe
conferre videnť. Nã certe nihil in hoĩe cui curio-
ſitas proſit inuenies. friuola prorſ' et inania ac
nugatoria ꝯſolatio. et neſcio quid illi durius im-
precer, niſi vt ſemper habeat qð requirit. qui io-
cunda quietis fugitans. curioſa inquietudine de
lectatur. Sꝫ redeamus ad dñam in egyptum. a
qua digreſſionẽ fecim' pp̃ter maledictũ curioſi
tatis viciũ. ⁊ ꝯſpice ipãm in laborib' ſuis. ſuẽdo
filãdo ⁊ texẽdo. qũo facit ea fideliter. hũilit' ⁊ ſol
licite. hñs nihilomin' diligẽtiſſimã curam ſuper
filio ſuo. ⁊ ſuper gubernationeꝫ domus. necnon
vigiliis ⁊ oratiõib' iuxta poſſe eſt ſemp intẽta. Tu
ergo toto affectu. eidẽ cõpatere ⁊ ꝯſidera q nõ

ħabuit oīno grat] regnū dn̄a regni. Sed ⁊ forte illud ꝯtingebat frequēt̄ ꝙ alique bone matronne vidētes eiꝰ pauꝑtatē aliqua trāſmittebāt eidē. q̄ humiliter ⁊ cū grāꝝ actiōe recipiebat. Sʒ ⁊ ſctꝰ Joſeph ſenex aliquid oꝑabat̄ in arte lignaminiſ Undiqꝫ igit̄ occurrit ꝯpaſſionis materia cū qua tādē cū aliquā morā cū ea ꝯtraxeris: pete licēciā recedēdi. ⁊ bn̄dictione recepta ꝑmo a puero Je‑ſu: deide a m̄re: poſtea a Joſeph. genibꝰ flexis cū lachrimis ⁊ ꝯpaſſione magna: valefacias eis: q₂ tāq̄ exbaniti ⁊ exules a patria ſua ſine aliqua cā remanent ad ꝑegrinādū ibidē ꝑ ſeptē ānos: in ſu‑dore ſui vultus victuri.

## ¶ De reditu dn̄i ex egipto. Ca. xiiij

Ompletis ſeptē an‑nis quibꝰ dn̄s ꝑegrinatꝰ eſt in egi‑pto. anglus dn̄i apparuit ioſeph in ſōnis dicēs. Tolle puerū ⁊ ma‑trē eius ⁊ vade in terrā iſrl̄. Defū‑cti em̄ ſunt qui q̄rebant animam pueri. Qui acce‑pit puerū ⁊ m̄rem eius ⁊ rediit in terrā iſrl̄. ⁊ cuꝫ ꝑuenit ibi. audiens ꝙ archelaꝰ filius herodis re‑gnaret ibi. timuit illo ire. Et iteꝝ ad monitꝰ ab an‑gelo iuit in galyleā ciuitatem nazareth. Fuit aūt reditus eius circa feſtum epiphanie. ſ. ſecūda die prout in martilogio legit̄. Uides etiam hic ſicut

fuit tactum in ſuperiori tractatu q̄uo dominꝰ dat conſolatiōes et reuelatiōes ꝑ partes ⁊ nō ita ple‑nas vt appetitꝰ expoſceret qd̄ ex duobus in hoc facto ꝑpendere potes. Tū q₂ in ſomnis nō palā vt dixi. tū etiā q₂ nō vna vice ſimul ſed ꝑ duas vi‑ces ei dixit ad queꝫ locū ire deberet. Et dicit glo. ꝙ hoc fecit dn̄s. q₂ ex frequēti viſitatiōe q̄s certi‑or reddit̄. Un̄ qualeſcūqꝫ ſunt: nobis debēt vide‑ri magne ⁊ inde ſimus grati q₂ ſemꝑ ex parte ſua facit qd̄ nobis vtilius eſſe cognoſcit. Nunc autē circa dn̄i reditū inſiſtamus. Circa quē diligenter attende q₂ pia ē hec meditatio valde. Redeas er‑go in egyptū gr̄a viſitādi puerū ih̄m. queꝫ cū ex‑tra inter pueros forte inueneri]. ip̄e te videns oc‑curret tibi. q₂ benignꝰ ⁊ affabil̄ et curialis ē. Tu vero genuflectens oſculer] pedes eiꝰ. et poſt in‑ter brachia ip̄m ſuſcipias ⁊ aliquātulum cuꝫ eo quieſcas tandē forte dicet tibi. Data eſt nobis li‑centia in terrāꝫ n̄ram. ⁊ cras hinc recedere debe‑mus. bona hora veniſti. q₂ redibis nobiſcuꝫ. cui alacriter r̄ndeas te ex hoc multum gaudere. et ꝙ eum optas ſequi quocumqꝫ ierit. et in his collo‑cutionibus delecteris cū eo. Dixi iam tibi. ꝙ hu‑iuſmodi que puerilia videntur meditari multum valent. et poſtea ad maiora tranſmittūt. Poſtea ducet te ad matrē. ⁊ curialiter honorabit. tu vero genuflectens. fac ei reuerentiā ⁊ ſctō ſeni ioſep. ⁊

requieſcas cū eis. Mane ſequēti die videbis ali
quas bonas matronas de ciuitate. ⁊ etiā homi
nes venētes ad ſectandū eos vſq; extra portas
ciuitatis ꝓpter placabilē ⁊ ſctām cōuerſationes
ipoꝝ ꝑdixerāt ei diſceſſum ſuū ꝑ viciniā per plu
res dies. Primū q2 nō eſt cōueniēs q ſubito q̄ſi
furtim inde recederēt. ſecus tñ fuit qñ venerūt in
egyptū q2 timuerūt mortē pueri. Incipiūt eni re
cedere ⁊ ioſeph cum hominibus precedit. et dña
ſequitur a longe cū matronis. Tu vero accipiēs
puerum per manum vade in medio ante matrem
nam ipſuz poſt ſe non dimittet. Cum autem ſunt
extra portā. ioſeph nō ſe patit amplius ſociari.
Tunc vero aliquis ex illis diues cōpatiēs pau-
pertati eoꝝ pueruz vocat vt aliquos ei denari-
os tribuat pro expenſis. Verecundatur puer ac
cipere. tñ pauptatis amore manū parat. pecuni
am accipit verecūde ⁊ grās agit. ſic et plures fe
cerūt. Vocat etiā a matronis. ⁊ ſimiliter faciunt
Nec minus hic mater verecūdatur q̄ filius. Ve-
rūtamē hūiliter gratias eis egit. Vere hic eis cō
pati potes. cū ille cui9 eſt terra ⁊ plenitudo eius
pro ſe ⁊ mre et nutricio ſuo ſic paupertatē artam
elegerit. ⁊ in tanta penuria vixit. Multum in eis
relucet pauptas ſanctiſſima. ⁊ nobis amabilē et
imitabilē oñdunt. Tandē grās agentes eis vale
faciūt omnib9 ⁊ ſuū arripiūt iter. Sed qūo redi-

bit puer ieſus adhuc tener infantulus. difficilior
eni mihi videt reditus q̄ acceſſus. Nā qñ venit
in egyptum ita paruulus erat q portari poterat
nūc aūt ſic magnus eſt q portari non preualet. ⁊
ſic paruus q per ſe ire non poteſt. Sed forte ali-
quis ex illis bonis viris dedit vel accomodauit
aliquem aſellū ſuper quē ire poſſet. O puer egre
gie ac delicate. rex celi ⁊ terre quantum laboraſti
pro nobis. ⁊ q̄ cito cepiſti. Bene ꝓpheta in ve-
ſtra ꝑdixit perſona. Paup ſum ego ⁊ in laborib9
a iuuētute mea Penurias magnas. labores ar-
duos. ⁊ afflictiōes corpis ꝯſtātiſſime aſſumpſi-
ſtis: habuiſtis voſipſos quaſi odio: p amore nro
Certe ſolus hic labor de quo nūc tractamus ad
plenam redemptionē ſufficere debuiſſet. Accipe
ergo puerum ieſuz et pone ſuꝑ aſellū. ac fideliter
ducas eū. ⁊ cū deſcendere voluerit letanter eū in
brachijs ſuſcipias ⁊ aliquātulum teneas. ſaltez
quouſq; veniat mater eius. que aliquantuluz tar
dius ſiue planius ambulat. tunc puer ibit ad eaz
eritq; matri requies magna ⁊ receptio filij. vadūt
ergo ⁊ tranſeunt per deſertum per quod venerūt
Et in ipſo itinere ſepe poteris eis compati. ha-
bentes parum quietis. ⁊ reſpice eos fatigatos. ⁊
ex labore deuictos tam de die q̄ de nocte. Cum
autem fuerunt prope finem deſerti inuenerunt io
hannem baptiſtam. qui iam penitenciam age-

re ceperat.cuȝ tñ nullum haberet pctm̄.Dicit ꝙ
locus iordanis ĩ quo iohãnes baptiȝauit eſt ille
vnde tranſierũt filij iſrael qñ veuerunt de egypto
per dictũ deſertuȝ. ⁊ ꝙ ꝓpe illũ locũ in ipo deſer
to iohãnes pniam fecit. Vñ poſſibile eſt ꝙ puer
iheſus inde trãſiens in reditu ſuo inuenit eũ ibi-
dem. Mediteris ergo qũo ſuſcepit eos alacriter
et ibi aliquãtulũ ſubſiſtẽtes comederũt cũ eo illa
cruda cibaria. Tandẽ in menſa recreatione ſpũs
habita valefecerũt ei. Tu autẽ in aduentu ⁊ in re
ceſſu genuflecte iohãni.deoſculans pedes eius.
benedictiões petens et ei recõmendãs.excellens
eĩ ⁊ valde mirabilis a cunabulis ẽ puer iſte. Ipe
eni fuit pmus heremita ⁊ principiũ ⁊ via religio
ſe viuerevolentiũ.Fuit virgo puriſſimus.fuit pre
dicator pmaxim⁹.fuit plus ꝙ̃ ꝓpheta.fuit etiaȝ
martyr glorioſus.Poſtea tranſeuntes iordaneȝ
applicauerũt ad domũ elizabeth. vbi magnuȝ ⁊
iocundum feſtuȝ factũ fuit inter eos.Et ibidem
audiens ioſeph ꝙ archela⁹ filius herodis regna
bat in iudea:timuit et admonit⁹ in ſomnis ab an
gelo iuerũt in galyleã in ciuitatẽ nazareth. Ecce
reduxim⁹ puerꝝ ihm de egypto.⁊ eo reuerſo ɔcur
rũt ſorores dñe et alij ɔſanguinei ⁊ amici ad vi-
ſitandos eos. Ipſi autẽ in nazareth quieſcũt. et
pauperẽ vitã ducũt. Exinde aũt vſqꝫ ad duode-
cimũ etatat annuȝ pueri iheſu aliquid non legit

de ipo.Dicit tñ ⁊ veriſimile eſt ꝙ adhuc ibi ẽ fõs
de quo puer iheſus deferebat aquã matri. Facie-
bat eni hmõi ſeruicia matri humilis dñs nõ eni ha
bebat aliuȝ ſeruiẽtem. ¶ potes etiã hic meditari  D ioãne euan.ta
ꝙ cum mr̃e ꝓpria ſcȝ ſorore dñe veniebat iohan
nes euãgeliſta qui tũc erat annoꝝ qnqꝫ. Nã legit
de ipo ꝙ obijt anno a paſſiõe dñi.lxvij.etatis ve
ro ſue anno.xcviij.⁊ ſic tpe paſſiõis dñi habebat
xxxi.ãnos.cũ dñs hr̃et.xxxiij.vel plus.Cuȝ ergo
in hoc reditu domin⁹ eſſet.vij. annoꝝ.iohannes
erat qnqꝫ. Intuere itaqꝫ ipos ſtãtes ſimul ⁊ con-
uerſantes ſicut dominus dabit tibi. Hic eni fuit
poſtea ille diſcipul⁹ quẽ familiari⁹ diligebat ihs.

## Quõ puer ieſus remãſit in hieruſalẽ

## Capitulum xv.

CUm aũt eſſꝫ ãnoꝝ
xij.aſcendit cũ parẽtib⁹ in hieru-
ſalem ſcd̃m cõſuetudinẽ ⁊ prece-
ptũ dici feſtti.⁊ durabat per dies
octo. Laborabat ergo etiam nũc
puer iheſues itineribus longis.⁊
vadit vt honoret pr̃em ſuũ celeſtẽ: in feſtis ſuis.
Eſt eni amor ſumm⁹ inter patreȝ et filiũ. Sed ma-
ior erat ei afflictio.⁊ dolor cordis acerbior.de in-
honoratiõe pr̃is in pctõꝝ multiplicium cõmiſſiõe.

ꝙ de honore parentis ⁊ exterioris pompe feſti le
ticia. Stabat ergo dñs legis obſeruās legē ⁊ int̄
alios cōuerſans humiliter quaſi quilibꝫ aliꝰ pau
perculus. Conſumatis aūt diebꝰ feſti recedenti-
bus parētibꝰ ipē in hieruſalē remāſit. Attēde hic
bene ⁊ oībus que dicunt̄ et fiūt te pn̄tem exhibe-
as. Valde eñ deuota materia ⁊ proficua eſt hec.
Dixi autē iaꝫ tibi ſupra ca. vj. in principio ꝙ na
zareth vbi dñs hītabat a hierlm̄ diſtat p̲ .xiiij. vl
xv. miliaria vel circa. Cum ergo mater ⁊ ioſeph
per diuerſas vias incedentes venerūt in ſero ad
locū. vbi dieta explebat̄ ⁊ vbi hoſpitari deberent
vidēs dña ioſeph ſine puero quē cū ipſo rediſſe
credebat q̄rit ab eo. vbi eſt puer? ⁊ iſte ego neſcio
non rediit mecum. tecū eñ cuꝫ rediſſe credebam.
Tūc illa dolore vehementi ꝯcuſſa cū lachrymis
dixit nō rediit mecū. Video ꝙ nō bene filiū meū
cuſtodiui. ⁊ velociter cepit ire per domos. ⁊ ꝙ de
center potuit illo ſero circuibat. querens de ipō
et dicens. Vidiſtis vos filium meū? ⁊ vos vidi-
ſtis ne filiuꝫ meū? ⁊ vix pre dolore ⁊ ardore deſi
derij ſe ſentiebat. Joſeph vero ſequebatur eandē
cū fletu. Quo nō inuento. qualē quietē habere po
terāt tu ipā cogita ⁊ maxime mater que ipꝫ artiꝰ
diligebat. Et licet a notis confortaretur. non tñ
poterat conſolari Quid enim erat perdere ieſuꝫ?
Conſpice bene ipſam ⁊ vehementer compatere.

quia in anguſtia eſt anima ſua. nunꝙ ex quo nata
fuit vſqꝫ tunc fuit in tāta. Nō ergo turbemur qñ
tribulatiōes habemus. cū etiā matri non peper-
cit dñs ſ. ad ſuos eñ eas permittit venire. ⁊ ſignū
ſunt ſue dilectiōis Nobis autē expedit eas habe
re. Tandē dña in camera ſe recludens. ad oratio
nē et planctū ſe cōuertit: dicens. O deus ⁊ pater
eterne clementiſſime ac benigniſſime: vobis pla-
cuit mihi dare filiū veſtruꝫ. ſed ecce perdidi eum
et neſcio vbi ſit. Reddite eū mihi. O pater tolli-
te mihi amaritudinē iſtā ⁊ oſtendite mihi filium
meum. Reſpicite pater afflictiones cordis mei ⁊
nō ad negligentiā meaꝫ. Incaute eñ me habui
ſed ignorans feci. ſed propter bonitatem veſtraꝫ
reddite ipſum mihi. quia ſine ipſo viuere nō poſ
ſum. O fili dilectiſſime vbi es? quid eſt de te? apđ
quem nunc hoſpitaris? Nunquid ad patrem tuū origenes
rediſti in celum? Scio enim ꝙ deus es. ⁊ dei filiꝰ
Sed quomodo mihi non dixiſſes? An ⁊ nunquid
inſidioſe ab aliquo es queſitus? Scio eniꝫ ꝙ ve
rus homo es ex me natus. et alias te ab herode
queſitum in egyptum portaui. ¶ Pater tuus te
ab omni malo cuſtodiat fili mi. Indica mihi fi-
li mi vbi ſis quo te inuenire poſſumus et veniā
ad te. Vel tu redire ad me velis. Parce mihi
hac vice: quia nunꝙ amplius continget mihi. vt
te cuſtodiam negligenter. Nunꝙ aliquam offen-

ſam feci tibi fili mi: ꝓpter quã ergo cauſam receſ
ſiſti a me: Scio ꝙ dolorẽ cordis mei cognoſcis.
O fili mi ne tardes venire ad me. Nunꝗ̄ exquo
natus es vſqꝫ modo ſine te fui comedi vel dormi
ui. niſi nũc ſolum. mõ aũt ſuꝫ ſine te. ⁊ neſcio qua
liter hoc factum ſit. tu ſcis qꝛ tu es ſpes mea. vi-
ta mea. ⁊ omne bonũ meum. ⁊ ſine te nõ poſſum
eſſe. Indica ergo mihi vbi tu es. ⁊ quomõ te va-
leam inuenire. Talibus ⁊ ſimilibus dictis ſe mat
per nocteꝫ anguſtiabat ſup dilecto filio ſuo Ma
ne vero ſequenti die tempeſtiue domuꝫ exeuntes
querebant euꝫ etiam per circumſtantia loca. nam
per plures vias patebat reditus. Sicut qui de ſe
nis vellet redire piſas. poſſet ire per podium bo
nichi et per colle. et ꝑ alia loca. Die ergo ſequenti
ibant per alias vias querentes eum inter cogna
tos ⁊ notos quo etiã tunc nõ inuento mater qua
ſi ſine ſpe anxiabat et nõ poterat cõſolari. Tercia
vero die redeũtes in hieruſaleꝫ inuenerũt eum in
templo ſedentẽ in medio doctoꝝ. tunc ipa vidẽs
eum. exhylarata quaſi reuiuiſcẽs genuflexit. ⁊ cũ
lachrimys deo gratias egit. Puer autẽ ieſus vi
dens matreꝫ venit ad eam. que ipa inter brachia
ſuſcipiens ⁊ ſtringens ⁊ oſaulãs dulciter ponit
vultum ad vultum. ⁊ tenens eum in gremio ſuo.
aliquãtulum cum eo ſic requieuit. neqꝫ enĩ tunc a
liquid pre teneritudine dicere potuiſſet. Poſtea

reſpiciens eum dicit. Fili quid feciſti nobis ſic
ego ⁊ pater tuus dolẽtes querebamꝰ te. Et ille.
quare me querebatis: In his enĩ que patris mei
ſunt oportet me eſſe. Quod verbũ illi nõ intellex-
erunt. Dicit ergo ei mater. Fili volo quod redea
mus ad domũ noſtrã. nõ vis redire nobiſcũ: Et
ille ego faciam qd placuerit vobis. ⁊ rediit cum
illis nazareth. Vidiſti ergo afflictionem matris
in predicto negocio. Sꝫ quid fecit predictꝰ pu- Nõ
er in iſto triduo: Conſpice etiam euꝫ attẽte quo-
modo ſe reducit ad aliquod hoſpitale paupum.
Etiã cũ verecundia petit ſe hoſpitari. ⁊ ibidẽ co
medit ⁊ hoſpitabat cum pauperibꝰ ieſus paup
Conſpice eum ſedentẽ inter doctores vultu pla Nõ
cido. ſapienti ⁊ reuerenti. ⁊ audiebat ⁊ interroga
bat eos quaſi ignorãs qd ex hũilitate faciebat. ⁊
etiã ne illi verecundarent ſup mirabilibꝰ reſpõſis
eius. ¶ Cõſiderare aũt potes in predictis tria nõ t'a documẽta
valde notabilia ¶ Primum. q deo vult adhere
re. nõ debet inter conſanguineos conuerſari. ſed
ab eis diſcedere. Nã ⁊ puer Jeſus a ſe dimiſit di
lectiſſimam matrem. cũ operibus patris ſui intẽ
dere voluit. ⁊ etiaꝫ poſtea queſitus inter cogna-
tos ⁊ notos inuentus non fuit. ¶ Secundũ. ꝙ
qui ſpiritualiter viuit nõ mirec ſi aliquãdo mente
arida remanens videtur ſibi ſe eſſe derelictum a
deo. cum etiam matri dei hoc contigerit. Non er-

go mente tabeſcat. ſed diligenter enim querat in
ſacris meditatiõibus ꝛ bonis operibus ꝑſiſten-
do ꝛ reinueniet eũ. ¶ Tertiũ ꝙ nõ debet q̇s eſſe ꝓ
prĳ ſenſus vel proprie voluntatis. Nã cuȝ dñs
ieſus dixiſſet ꝙ oportebat eũ operibus patris in-
tendere. mutauit conſilium: ꝛ matris voluntateȝ
ſecutus eſt. ꝛ receſſit cuȝ ea ꝛ nutricio ſuo/ ꝛ erat
ſubditus illis. In quo etiã admirari potes hũili-
tatẽ ipſius. de qua plenius infra primo dicemus.

## ¶ Quid dñs fecit a duodecimo ãno vſq ad triceſimũ annũ. Cap. xvi.

REuerſus ergo domi-
nus ieſus a templo ꝛ hieruſalẽ cuȝ
parentib' ſuis in ciuitatẽ nazareth
erat ſubditus illis: ꝛ habitauit ibi-
dem cuȝ eis ab inde vſq ad princi-
pium triceſimi anni. Nec in ſcripturis reperitur
ꝙ in toto iſto tẽpore aliquid fecerit qđ mirabile
videt̃ valde. Quid ergo mirabimur ꝛ imagina-
bimur ipſuȝ feciſſe? Stetit ne dñs ieſus ocioſus
tãto tẽpore: vt nihil faceret dignuȝ recitatione ꝛ
ſcriptura? Si em̃ feciſſet: cur nõ fuiſſet ſcriptum
ſicut reliqua facta ſua? Omnino ſtupor videtur.
Sed attẽde hic bene. quia patẽter videre poteris
ꝙ nihil faciendo fecit magnifica. Nihil enim de
factis eius a myſterio vacat. Sed ſicut virtuoſe
operabatur: ſic virtuoſe taceбat: quieſcebat: ꝛ ſe
ſubtrahebat. Magiſter ergo ſummus aliquãdo
docturus virtutes ꝛ viam vite. cepit a ſua iuuẽ-
tute opa facere virtuoſa. ſed modo mirabili ꝛ in-
cognito: ac retroactis tpib' inaudito ſe videlicet
reddẽdo in ꝯſpectu hominũ inutilẽ ꝛ abiectiuȝ ꝛ
inſipientem. vt deuote ꝛ ſine omni temeraria aſ-
ſertione cogitari põt. Nulla tñ in hac meditatio-
ne tibi affirmo. que per auctẽtes ſacre ſcripture vel
Hic poteſt interponi meditatio valde pulchra đ qua tñ ſcriptura nõ loqtur. Cenãte nanqȝ dño Jeſu die mercurij cũ diſcipulis ſuis in domo Marie τ marthe τ etiã matre eius cũ mulieribus in alia parte domus. Magdalena miſtrãs rogauit dñm dicens Magiſter ſitis mẽor ꝙ facietis paſcha nobiſcũ Rogo vos vt hoc nõ denegetis mihi. Quo nullatenus acquieſcẽte. ſed dicente. ꝙ in hieruſalem faceret paſcha. Jlla recedẽs miro cum fletu τ lachrymis. vadit ad dñam. τ his ei narratis rogat vt ipa euȝ ibi in paſchate teneat. Cena igiƭ facta vadit dñs Jeſus ad matrẽ τ ſedet cũ ea ſeorſum colloquẽs cũ ea. τ copiã ei ſue pñtie pbens quã in breui ſubtracturus erat ab ea. Conſpice nunc bene ipſos ſedentes. τ quõ dña reuerenter eũ ſuſcipit. τ cum eo affectuoſe moraƭ. τ ſimiliter quõ dñs reuerenter ſe habet ad eam. Jpſis igitur ſic colloquẽtibus. Magdalena vadit ad eos. τ ad pedes eoꝝ ſedẽs dicit. Dña ego inuitabam magiſtrũ vt hic faceret paſcha ipe vero videƭ velle ire in hieruſalem ad paſchãduȝ. vt capiatur ibi. Rogo vos vt nõ pmittatis eum ire. Ad quem mater Fili mi rogo te vt nõ ſic fiat, ſed faciam⁹ hic paſcha. Scis eñ ꝙ inſidie ad te capienduȝ ordinate ſunt. Et dñs ad eã. Mater cariſſima volũtas patris eſt vt ibi faciaȝ paſcha. qꝛ tps redemptionis aduenit. Modo implebuntur oia que de me ſcripta ſunt, τ facient in me quicqd volẽt. At illi cum ingẽti dolore hec audierũt. qꝛ bene intellexerũt ꝙ de morte ſua dicebat. Dicit igiƭ mater vix valens vba formata pferre. Fili mi tota cõcuſſa ſum ad vocẽ iſtam. τ cor meũ dereliquit me. Prouideat pater. quia neſcio quid dicã. Nolo ſibi cõtradicere. ſȝ ſi ſibi placeret. rogo eum vt differat ad pñs, τ faciam⁹ hic paſcha cũ iſtis amicis noſtris. ipe vo ſi ſibi placebit poterit de alio mõ redẽptionis ſine morte tua puidere. quia oia poſſibilia ſunt ei. O ſi videres inter hec vba dñaȝ plorãtem, modeſte tñ τ plane, ac magdalenam tanꝙ ebriaȝ de magiſtro ſuo largiter τ magnis ſingultibus flentẽ forte nec tu poſſes lachrymas continere. Conſidera inquo ſtatu eſſe poterant qñ hec tractabanƭ. Dixit eñ dñs blãde ꝯſolãs eas. Nolite flere. ſcitis ꝙ obedientiam patris me implere

oportet. ſ; pro certo cõfiditeq; q2 cito reuertar ad
vos ꝛ tertia die reſurgã incolumis. In monte igi
tur ſyon ſm voluntatẽ patris faciã paſcha. Dic
aũt magdalena etquo nõ poſſumus eũ hic tene-
re. ſimus ꝛ nos in domo noſtra in hieruſalez. ſed
credo ꝙ nunꝗ̃ habui paſcha ſic amarũ. Acquie
uit dñs: ꝙ ꝛ ipſe in dicta domo faceret paſcha.

## ¶ De cena dñi. ¶ Itẽ de menſa ꝛ modo ſedendi in menſa. ¶ Exemplum quinqꝫ ṽtutũ chriſti in cena. ¶ Itez quinqꝫ ex ſermone dñi. Cap. lxxiiij.

Aduenĩete iam ꝛ imi-
nẽte tpe miſerationũ ꝛ miſericordi
arũ dñi Jeſu quo diſpoſuerat ſal-
uã facere plebez ſuã ꝛ eã redimere
nõ corruptibili auro ꝛ argẽto ſed ꝑ
cioſiſſimo ſanguine ſuo voluit cenã facere cũ di-
ſcipulis ſuis notabilem anteꝗ̃ ab eis ꝑ mortem
diſcederet in ſignũ memoriale recordationis. ac
etiã vt cõpleret myſteria que reſtabãt cõplenda.
Fuit aũt hec cena magnifica valde. ꝛ magnifica
ſunt q̃ fecit ibi dñs Jeſus. Ad que intuenda te
cum ſumma attẽtione pñtem exhibe q2 ſi hoc di
gne ꝛ vigilanter feceris nõ patietur te curialis do
minus redire ieiunã. ¶ Circa ipã; igit̃ quattuor

ꝑncipaliter q̃ ibi notabiliter facta fuerũt. meditã
da occurrũt. Primo ipſa corpalis cenatio. Se-
cundo pedũ diſcipuloꝝ per dñm ieſum ablutio.
Tertio ſacramenti ſui ſacratiſſimi corpis inſtitu-
tio. Et q̃rto pulcherrimi ſmonis per ipm cõpoſi
tio. De q̃bus ꝑ ordinẽ videamus. ¶ Circa ꝑmũ
attẽde ꝙ petrꝰ ꝛ Johãnes iuerũt iuſſu dñi Jeſu
ad quedã amicũ ſuũ in montẽ ſyon. vbi erat ce-
naculum grãde ſtratũ ad parandu; paſcha. Sz
ꝛ dñs cũ alijs diſcipulis die iouis ad veſperãte
die ciuitatẽ intrauit: ꝛ ad ipm locum iuit. Aſpice
nũc igit̃ eũ ſtantẽ in aliqua parte domus ꝛ collo
quẽtẽ cũ ſuis diſcipulis ſalubria: ꝛ interim in ce
naculo parabat̃ pro eis ꝑ aliquos de. lxxij. diſci-
pulis paſcha. Legit̃ nanqꝫ in legẽda ſcti Mar-
cialis ꝙ ipſe cũ aliq̃bus de. lxxij. diſcipulis fuit
ipſo die ſero ad miniſtrãdũ dño ieſu qñ lauabat
pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ. Cu; aũt eſſent oĩa in
cenaculo parata dilectiſſimus Johãnes q̃ ſolli-
cite ibat ꝛ redibat ad parãdum ꝛ iuuãdu; in pre
paratione prefata. venit ad dñm Jeſum dicens.
Dñe vos poteſtis cenare quando placet vobis.
quia oĩa ſunt parata. Conſpice nũc bene ꝛ mo
roſe oĩa que dicũtur ꝛ fiũt. quia viſceroſa ſunt
valde. nec abbreuiãda ſunt ſic cetera domini Je-
ſu facta. ſ; potius dilatanda. In hoc igitur eſt
maxima vis omniũ meditationum de ipſo. ſed ꝛ

amoris iſtius magis .ſ. ꝑpter exceſſiua inſignia:
que in hac cena facta fuerunt. Surgit ergo dñs
Jeſus ⁊ diſcipuli eius cum eo. Johānes ꝟo ei⁹
lateri ſe iungēs ab eo ſe deinceps nullaten⁹ ſepa
uit. Nullus ei ſic fideliter ac familiariter adheſit
ei ſicut Johānes. Nā cum captus fuit introiuit
cū eo in atrium principis ſacerdotum. nec in cru
cifixione. nec in morte nec poſt mortē dimiſit eū
quouſꝫ fuerat ipſe ſepultus. In hac autē cena
iuxta eū ſedit licet eſſet minor alijs. Intrant aūt
cenaculum oēs. lauāt manus ⁊ circūſtātes men
ſam deuotiſſime benedicūt. Aſpice bene per ſin-
gula. Scire aūt debes ꝙ ipā mēſa erat in terra. ⁊
more antiquorū in terra ſederunt ad cenā. Erat
aūt mēſa quadra vt credit. de pluribus tñ tabel-
lis. quā ego vidi rome in eccl'ia lateranenſi. ⁊ ego
eammet menſuraui. Eſt aūt in vno quadro duo-
rum brachiorū ⁊ trium digitorū vel palmi vel ci
tra. ita ꝙ licet arte tñ in quolibet quadro vt credi
tur tres diſcipuli ſedebāt. ⁊ dñs Jeſus humiliter
in quodā angulo. ita ꝙ oēs ex vno catino comede-
re poterāt. Et ꝑpterea nō intellexerūt eū diſcipu
li qñ dixit. Qui intingit mecum manū in parapſi
de hic me tradet. quia oēs pariter intingebāt. Bñ-
dictione igit facta ꝑ dexterā dñi. ſedēt circa men-
ſam. iohāne ſedēte iuxta dñm Jeſum xpm. Agn⁹
paſchalis tunc eis defertur. Sed attēde ꝙ dupli
citer poteris hoc meditari. Uno mō ꝙ ſedeant ſi
cut iam dixi. Alio mō vt ſtent recti cum baculis
in manibus comedētes agnū cū lactucis agreſti
bus. ⁊ ita obſeruātes q̄ in lege dñi mādant. dum
mō poſtea eos mediteris ſedere ad aliqd mādu-
candum vt ex pluribus locis textus poteſt colli
gi. quia nec iohānes recumbere ſupra pect⁹ dñi
aliter potuiſſet niſi ſedēdo. Delato ergo agno pa
ſchali aſſo. accepit eū verus ⁊ imaculatus agn⁹
ſcē dñs Jeſus qui erat in medio illoꝝ tanꝙ qui
miſtrat. ſciditqꝫ eū in fruſtra. diſcipulis alacriter
porrexit. ⁊ ad comedēdum ꝯfortat. Ipi ꝟo come
debāt. ſed alacritatē nō capiebāt ſemꝑ pauidi ne
nouitas ꝯtra dñm fieret. Cenātibus aūt eis pate
fecit factum aptius ⁊ inter alia ita ait. Deſiderio
deſideraui hoc paſcha māducare vobiſcum ante
ꝙ patiar. Un⁹ aūt veſtrū me traditurus eſt. Hec
vox in corda ipoꝝ vt gladius acutiſſimus intra
uit. ⁊ comedere ceſſauerūt. aſpicientes ſeipos in-
uicē ⁊ dicētes. Nūquid ego ſum dñe? Aſpice nūc
bene ipos ⁊ cōpatere tā dño Jeſu ꝙ ipis. quia in
magno dolore ſunt poſiti. Ipe aūt ꝓditor ne vi-
derētur hec ꝟba ꝑtinere ad ipm comedere nō ceſ-
ſauit. Johānes ꝟo ad inſtātiam petri q̄ſiuit ⁊ dix
it. Dñe quis eſt qui tradet te? Et dñs Jeſus tāꝙ
ſingulari dilecto familiariter ei apuit. Johānes
ꝟo ſtupefactus ⁊ cordialiter gladiatus ꝟſus eſt

ſe inclinauit ꝛ ſuper pectus eius recubuit. Pe-
tro aūt dñs non dixit: quia vt dicit Auguſtin⁹. Si
ip̄m ſciuiſſet, dētibus ꝓditorē diſcerpiſſet. Sed
per petrum ſignātur actiui. ꝑ Johānem contem-
platiui, vt dicit Aug⁹. in eadem Omel. euange.
qḋ legitur in feſto ſancti Johānis. Unde habes
hic argumētum ꝙ ꝯtemplatiuus non intromit-
tit ſe de actibus extrinſecis. de ipſis etiā offenſ
dñi vindictam nō expetit: ſed gemit interius ꝛ ꝑ
orationes ſe ad deū conuertit. ꝛ fortius ei ꝑ con-
templationem approximās, eiq; inherēs. omnia
ſue diſpoſitioni cōmittit. Nam aliquādo ipſe cō
tēplatiuus ex zelo dei ꝛ aiarum exterius exit. vt
ſupra plenius habuiſti in tractatu ḋ vita contem
platiua. Hic etiā habes ꝙ nec ipſe Johānes di-
xit Petro, q̄uis ad ipſius nutū dñm queſiuiſſet.
Ex quo potes colligere ꝙ ꝯtēplatiuus non de-
bet ſecretū ſui dñi reuelare. Legitur aūt de beato
Franciſco ꝙ reuelationes occultas non reuela-
bat exterius niſi quātum fraterne ſalutꝫ vrgebat
zelus. vel ſup̱ne reuelatiōis dictabat inſtinctus.
Nunc igitur ꝯſpice dñi benignitatē quō dilectū
ſuū ſupra pectus ſuū retinet tā benigne. O q̄ te-
nerrime ſe adinuicē diligebāt. Conſpice etiā ali-
os diſcipulos multū meſtos ad hanc dñi voces
nō comedētes. ſꝫ ſeinuicē aſpicientes ꝛ ſup̱ his
ꝯſiliū cape neſciētes. Hec ḋ primo articulo ſuffi

ciant. ¶ Circa ſcḋm vero diligēter attende. His
nanq; ſic ſe habētibus, ſurgit dñs Jeſus a cena
ſurgūt ſtatim ꝛ diſcipuli ignorātes quo ire velit.
Ip̄e aūt deſcendit cū eis in locum aliū inferius
in eadem domo vt dicūt qui locū viderunt ꝛ ibi
oēs ſedere fecit. aquā iubet ſibi afferri. ponit ve
ſtimenta ſua. lintheo ſe precingit. ꝛ aquam mittit
in peluim lapideā vt lauaret ipſoꝝ pedes. recu-
ſat petrus ꝛ totus ſtupefactus rem ſuo iudicio
ſic indecentem declinat. Sꝫ audita xp̄i cōminati
one ſapienter ꝯſiliū mutauit in melius. Conſide
ra nunc bene ſingulos actus. ꝛ cū admiratione
conſpice que geruntur. Inclinat ſe ſumma maie-
ſtas ꝛ humilitatis mgr̄ vſq; ad piſcatorꝫ pedes
ſtat incuruatus ꝛ genibus flexis. corā ip̄is ſedē-
tibus. Lauat ꝓprijs manibus. abſtergit. deoſcu-
laturq; omniū coꝝ pedes. Sꝫ ꝛ illud ſuperexal-
tat humilitatē ꝙ ꝛ ipſi ꝓditori eadem obſequia
ip̄e prebet. Sꝫ o cor nequā ꝛ oīmi duricia durius
ſi ſic ad tantā humilitatē nō emollīris. ſi ſic do-
minū maieſtatis nō vereris. ſi ſic vſq; ad ipſius
ſemꝑ tibi bñfici ſemꝑq; innocētis ſeuis interitū
Sꝫ ve tibi miſer. tu quidem obduratus quod cō
cepiſti parturies. nō tñ ipſe, ſꝫ tu peribis. Admi
randa eſt ergo merito tāta humilitatis ꝛ benigni
tatis ꝓfunditas ꝛc̄. Hoc aūt cōpleto miniſterio
redit ad locū cene. ꝛ iterum recumbens. eos ad

ſuū exemplum imitādum ꝯfortat. Potes autem
hic meditari ꝙ dn̄s Jeſus exemplum dedit nob̄
iſto ſero quinqꝫ magnarū virtutū. ſcꝫ humilitatꝭ
1 vt dictū eſt lauādo Charitatis. in ſacramēto cor
2 poris. ⁊ in ſmone qui eſt monitis charitatis ple
3 nus. Patiētie. in ſuſtinendo proditoreꝫ ſuum. ⁊
multa opprobria qn̄ fuit captus ⁊ ductus vt la-
4 tro. Obediētie. in eūdo ad paſſionē ſuam ⁊ mor-
tem ex obedientia patris. Orationis in orādo in
5 orto tribus vicibus. In his ergo ỽtutibus eum
imitari conemur. Et hec de ſcd̄o articulo ¶ Cir-
ca tertium ỽo meditādo obſtupeſce illaꝫ clariſſi
mā dignationē. ⁊ dignatiſſimā charitatē qua nob̄
tradidit ſemetip̄m. ⁊ reliquit in cibuꝫ. Cum ergo
lotis diſcipuloꝝ pedibus iterꝝ recubuiſſet volēs
finē dare legalibus inſtitutꝭ ⁊ ſacrificijs ⁊ nouū
incipe teſtamētū. ſeip̄m ſacrificiū nouū facit. ⁊ ac
cipiens panē oculos ad patrē eleuās. cōfecit al-
tiſſimū ſacr̄m corporis ſui. ⁊ dās diſcipulis ſuis
dixit. Hoc eſt corpus meū qd̄ ꝑ vobis tradetur.
Similiter ⁊ calicē di. Hic eſt ſanguis meus qui
pro vobis effundet. Aſpice nūc bene ꝑ deo. quō
diligēter fideliter ⁊ deuote p̄dicta facit. ⁊ manibꝰ
ꝓprijs cōicauit illā dilectā ⁊ benedictaꝫ familiā
ſuam. Et tandē in amoris recordationē. ſubiun-
git di. Hoc facite in meā cōmemorationem. Hoc
eſt illud mēoriale qd̄ aīam gratā cū ipſum ſuſci-

pit mādu cando vel fideliter meditādo deberet to
tam ignire ⁊ inebriare. ⁊ in ip̄m dn̄m ꝑ amoris et
deuotiōis vehemētia totaliter transformare. Ni-
hil em̄ maius, carius, dulcius ⁊ vtilius nobis re
linquere poterat ꝙ ſeip̄m. Ip̄e nāqꝫ quē in ſacro
ſumimꝰ ille idē eſt qui de ỽgine mirabiliter incar-
natus ⁊ natus. ꝑ te mortem ſuſtinuit. ⁊ qui reſur
gens ⁊ glorioſe aſcendēs ſedet a dextris dei. Et
ipſe eſt qui creauit celū ⁊ terrā ⁊ oīa. ⁊ qui ea gu-
bernat ac etiā moderat. Ip̄e eſt a quo d̄pendet ſa
lus tua. in cuiꝰ voluntate ⁊ ꝑtāte eſt tibi dare vel
nō dare gl̄iam paradyſi. Ipſe ē qui eſt in tali ho
ſtia modica oblatus. ⁊ tibi exhibitꝰ. Ip̄e eſt dn̄s
Jeſus xp̄us filius dei viui. Et hec de tertio arti
culo. ¶ Circa quartū vero ad oīm cumulū ſuꝑ-
effluentē attēde alia dilectiōis inſignia. Facit eī
eis ſmōꝫ pulcherrimū plenū dulcedine. ⁊ amorꝭ
carbonibus ignitū. Cōicatis nāqꝫ diſcipulis ⁊
peſſimo iuda. (ſm̄ auguſt. ſuꝑ p̄s. xl. licet ſm̄ ali
quos nō fuerit in cōicatione) dicit ipi iude dn̄s
Jeſus. Quod facis fac citiꝰ. Ille aūt infelix egre
diens iuit ad p̄ncipes ſacerdotū. quibus eū pre-
cedenti die mercurij vendiderat xxx. argenteis. ⁊
petijt ab eis cohortē ad ip̄m capiendū. Interim
ỽo dn̄s Jeſus fecit diſcipulis dictū ſmonem.
Ex cuiꝰ ornata, vtili ac veneranda magnitudine
q̄nqꝫ principaliter meditādo aſſumo. ¶ Primū

qualiter ꝑdicẽs eis diſceſſum ſuū eos ꝯfortauit
Dicebat nanq;. Adhuc modicū vobiſcū ſuʒ. ſed
nō relinquam vos orphanos. Vado ꝛ venio ad
vos. Iterū aūt videbo vos/ꝛ gaudebit coꝛ vr̄m.
Hec ꝛ his ſilia q̄ ſuccincte ꝑtrāſeo dicebat eis q̄
corda ipoꝝ totaliter ꝑtrāſibāt ꝛ penetrabāt. No
eni̅ ꝺ ſuo diſceſſu poterant aliq̄d tolerare. ¶ Se-
cūdo circa ſmonē mediteris qualiter cordialiter
ꝛ inſtāter inſtruxit eos ꝺ caritate dicẽs pluribus
vicibus. Hoc eſt mādatū meū vt diligatis inuicē.
Et in hoc cognoſcẽt oẽs ꝙ diſcipuli mei eſtis ſi
dilectionē habueritꝭ adinuicē. Et alia hmōi que
in textu plenꝰ poterꝭ reꝑire. ¶ Tertio circa ſmo-
nē mediteris quō monuit eos ad obſuātiā māda-
toꝝ ſuoꝝ di. Si diligitis me mādata mea ſuate.
ꝛ ſi ꝑcepta mea ſuaueritꝭ manebitꝭ in dilectione
mea. Et alia hmōi. ¶ Quarto circa ſmonē medi-
teris qualiter dat eis ꝯfidētiam cōtra tribulatio-
nes quas eis predicit eſſe venturas. Hoc mō in
mūdo preſſuras habebitis. ſʒ ꝯfidite qꝛ ego vi-
ci mundū. Et iterum ſi mūdus vos odit. ſcitote
qꝛ me priorē vobis odio habuit. Mūdus q̇dem
gaudebit/vos aūt ꝯtriſtabimini. ſed triſticia vr̄a
vtet in gaudiū. ¶ Quinto circa ſmonē ē meditā-
dum qualiter ip̄e dn̄s ieſus tandē aſpiciẽs in ce-
luʒ ſe ꝯuertit ad patrē di. Pater ſua iſtos quos
dediſti mihi. cum eſſem cū eis ego ſuabam eos.

Para despedida

Nunc aūt venio ad te. Pater ſancte ego pro eis
rogo nō ꝓ mūdo/ꝛ nō pro his tantū. ſʒ ꝓ eis om-
nibus q̄ in me credituri ſunt ꝑ eos. Pr̄ quos de-
diſti mihi volo vt vbi ego ſum ꝛ illi ſint mecum.
vt videāt claritatē meā. Et alia hmōi q̄ vere erāt
corda ſcindētia. Mirū certe quō diſcipuli qui tā
vehemēter dn̄m Jeſum amabāt ad hec vba ſub-
ſiſtere potuerūt. Si ergo q̄ in hoc ſmone dicta ſūt
attēte diſcuſſeris ꝛ meditādo ruminauerꝭ dilige-
ter. ꝛ in coꝝ dulcedine requeuerꝭ merito inardeſce-
re poterꝭ ad tantā dignatiōeʒ. benignitatē ꝛ ꝓui-
dētiā. indulgētiā ꝛ caritatē: ꝛ etiā ad alia per euʒ
hoc ſero facta. Conſpice ergo eū dū loquit̄. quō
efficaciter. deuote ꝛ delectabilit̄ loquẽs. imp̄mit
diſcipulis ſuis q̄ narrat: ꝛ paſcit in amenitate a-
ſpectus eiꝰ atq; vboꝝ. Conſpice aūt diſcipulos
quō ſtāt meſti. capitibus inclinatis. lachrymā-
tes. ꝛ ſuſpiria magna dantes. pleni ſunt triſticia
vſq; ad ſummū. ꝛ ꝺ hoc vitas ip̄amet ferebat te-
ſtimoniū di. Qꝛ hec dixi vob̄. triſticia ipleuit coꝛ
veſtrū. Inter alios aūt ꝯſpice iohānez eidē fami-
liarius coherētes. qualiter attēte ꝛ diligēter aſpi-
cit hūc dilectū ſuū. ꝛ tenerius anxiatus oīa ver-
ba eiꝰ recolligit. Ip̄e eni̅ ſolūmodo deſcribẽs ea
tradidit ſic nobis. Int̄ alia quoq; dic̄ eis dn̄s ie-
ſus. Surgite eamus hic. O q̄ntꝰ pauor tunc in
eos intrauit. neſciētes quo vł qualiter ire deberēt

ꝛ de ipſius ſepatiōe plurimū formidātes. ꝛ nihil-
ominus poſtea locut⁹ eſt eis cōplendo ſmonem
in alio loco eundo ꝑ viā. Conſpice nūc diſcipu-
los euntes poſt eū ꝛ cū eo. quō quilibet qui magꝭ
pōt magis ei approximat. ꝯgregatim ꝓgētes. ſi-
cut moris ē pulloꝝ ꝓgere poſt gallinā. impellen-
do eū mō vnus, mō alius ex deſiderio appropīn-
quādi ꝛ audiēdi ꝟba ipſius. Ipſe ꝟo libēter hoc
ſuſtinebat ab eis. Tandē cūctis completis myſte-
rijs vadit cū eis in ortū trās torrētem cedron. ꝛ
ibi ſuum proditorē ꝛ armatos expectauit.

## ¶ Sexta feria. ¶ Meditatio de paſſiōe dn̄i in generali. ¶ Cap. lxxv.

O Ccurrit nūc vt ď paſ-
ſione dn̄i noſtri Jeſu xp̄i ꝑtractem⁹.
Qui ergo in paſſiōe ꝛ cruce dn̄i glo-
riari deſiderat. ſedula cordis medi-
tatōe debet in ipa ꝑſiſtere. cui⁹ my-
ſteria. ꝛ que circa eā facta ſunt ſi toto forēt ꝑſpe-
cta intuitu mētis. in nouū vt puto ſtatuꝫ adduce-
rēt meditantē. Nā ꝓfundo corde ꝛ totis viſceꝝ
medullis eā ꝑſcrutāti multi aſſunt paſſus inſpe-
rati ex ꝙbus nouā compaſſionē. nouū amorē. no-
uas cōſolatiōes. ꝛ ꝑ ꝯſequēs nouū quēdā ſtatū
ſuſcipet, que ſibi ꝑſagiū ꝛ ꝑticipalia glīe viderē-

tur. Ad hūc aūt ſtatum ꝯſequēdum crederē tāꝙ̄
ignarus ꝛ balbutiēs ꝙ totā illuc mentis aciē vi-
gilantib⁹ oculis cordis. omiſſiſq; alijs curis ex-
traneis dirigi oporteret. ꝛ ꝙ quis ſe p̄ntem exhi-
beret. oīibus ꝛ ſingulis q̇ circa dn̄icā ipam cru-
cē, paſſionē ꝛ crucifixiones ꝯtigerunt, affectuo-
ſe, diligēter, moroſe ꝛ ꝑſeuerāter. Te ergo hortor
vt ſi vigilanter attēdiſti ꝑmiſſa q̄ de ipius vita di-
cta ſunt. hic multū vigilātius totū apponas ani-
mū totamq; virtutem. quia hic maxime appꝫ il-
la caritas ei⁹ q̄ corda nr̄a deberet totaliter cōcre-
mare cūcta ꝟo cū modificatōe ſolita accipe. ſ. q̄
ſic meditari poterunt vt narrabo. Nō em̄ in hoc
opuſculo aliquid affirmare intēdo qđ nō ꝑ ſacrā
ſcripturā vł dicta ſctōꝝ vł opīones approbatas
affirmaꝛ vł dicitur. Videtur aūt mihi non incon-
grue dici ꝙ nō ſolū illa penalis ꝛ mortalis cruci-
fixio dn̄i. ſꝫ ea que p̄ceſſerūt eandē. ſunt vehemē-
tiſſime cōpaſſiōis, amaritudīs ꝛ ſtuporꝭ. Quid
em̄ ē cogitare ꝙ ipe dn̄s nr̄ ſuꝑ oīa bn̄dict⁹ de⁹.
ab hora qua de nocte captus eſt vſq; ad ſextam
crucifixiōis ſue horā. fuit in bello ꝯtinuo, dolori-
bus magnis, obprobrijs, illuſionib⁹ ꝛ tormētꝭ:
nō em̄ ſibi daꝛ vł modica reqes. Sꝫ in quali erat
bello ꝛ ꝯflictu, audi ꝛ vide. Alius ipꝫ dulcē ꝛ mi-
tē ꝛ pium Jeſum app̄hēdit. alius ligat. alius in-
ſurgit, ꝛ alius exclamat, alius impellit, ali⁹ blaſ-

phēnat. alius expuit in euꝫ/ ⁊ alius verat/alius
circumuoluit/alius interrogat/ alius cōtra eum
falſos teſtes inquirit/ ⁊ alius inquirentes aſſoci-
at/alius ꝯtra eum falſum teſtimoniū dicit/ alius
qꝫ accuſat/alius deludit/ ⁊ alius oculos eius ve
lat/alius facieꝫ eius pulcherrimā cedit/alius co
laphiꝫat/alius eū ad columnā ducit/ ⁊ alius ex-
poliat/alius dn̄ūm ducit ꝑcutit/alius vociferatur/ ⁊
alius eū inſultāter ad verandū ſuſcipit/ ⁊ alius
ad columnā ligat/alius in eū īpetuꝫ facit/ ⁊ alius
flagellat/alius eū purpura in cōtumeliā veſtit. ⁊
alius ſpinis eum coronat/alius arundinē in ma
nu eius ponit/alius furibunde reaccipit. vt ſpi-
noſuꝫ caput ꝑcutiat. alius nugatorie genuflectit
alius deridet genuflexionē. ⁊ plura ei intulerunt
obprobria. ducit ⁊ reducit. ſpuit ⁊ reprobat/vol
uit ⁊ circūflectit huc atꝫ illuc tanꝙ̄ ſtult⁹ ⁊ ſtul-
tiſſime ībecill. ſꝫ ⁊ tanꝙ̄ latro ⁊ īp ꝯſſim⁹ malefa-
ctor. mō ad annā/mō ad cayphā/ mō ad pylatuꝫ
mō ad herodē. ⁊ iteꝝ ad pylatū. ⁊ ibidē mō intus
mō forꝭ ducit ⁊ tractat. De⁹ me⁹ qd̄ ē h̄ nōne tibi
videt h̄ duriſſimū/amariſſimū ⁊ ꝯtinuū ⁊ magnū
bellū? Sꝫ expecta parumper ⁊ duriora videbis.
Aſtāt ꝯtra eū ꝯſtāter principes ⁊ phariſei ſenio
res ⁊ milia ppl'i. acclamat ab oībus vnanimiter
vt crucifigat. Crux hūeris iam fractis ⁊ lacera-
tis imponit in qua crucifigit. Cōcurrūt vndiqꝫ

ciues ⁊ aduene. tā maiores ꝙ̄ ribaldi. viniqꝫ po
tatores. nō ad ꝯpatiendū ſꝫ viliſſime deridendū
nemo eſt q̄ eū agnoſcat. ſꝫ luto ⁊ imūdicijs impe
tuoſe eū cōmaculāt ⁊ affligūt. ⁊ dn̄ū ignomiā ſuā
portat fact⁹ ē ill' in ꝑabolā. ꝯtra eū loq̄bant qui ſe
debāt in porta. ⁊ in eū pſallebāt qui bibebāt vinū
īpellit ⁊ anxiat. trahit ⁊ accelerat. ⁊ ſic flagellat⁹
fatigat⁹. tot⁹qꝫ macerat⁹ ⁊ obprobrijs ſaturat⁹.
vſqꝫ ad ſummū nō ſinit reqeſcere. nō eſſe in ocio.
vix pōt refocillarre ſpm̄ quouſqꝫ ꝑuētū ē ad cal-
uarie locū. vtiqꝫ imūdiſſimū. ⁊ fetidiſſimū. ⁊ oīa
cū īpetu fecerūt ⁊ furore. In ipo aūt loco finis ⁊
q̄es bello. inponit de quo tractam⁹. ſꝫ ē illa q̄es
aſꝑior bello. Eſt crucifixio ⁊ lectus doloris. Ec
ce qualis q̄es. Vides ḡ quō vſqꝫ ad ſextā horaꝫ
paſſus ē loguꝫ ⁊ durū bellū. Vere intrauerūt aq̄
vſqꝫ ad aīam ſuā. ⁊ circūdederūt euꝫ canes mul
ti. terribiles/fortes ⁊ feroces. ⁊ conſiluꝫ malignā
tium euꝫ obſedit qui dire ⁊ vt gladius bis acut⁹
exacuerunt in eū linguas ⁊ manus. Ex his ergo
que dicta ſunt expedita videntur que ꝺ paſſione
dn̄i dici poſſent ſummatim in tribus horis p̄ri-
mis vſqꝫ ad ſextam. ſcꝫ matutinali. p̄ma ⁊ tertia
Sed nō ſic nō eſt tāta amaritudo ⁊ pena dn̄i ieſu
ſic leuiter ꝑtractanda. ꝓpter quod reflecte oculos
⁊ intende. Magna eīm ⁊ multiplex conſideratio
ſuper eſt. multumqꝫ penetratiua ⁊ pia dummodo

vt dictū eſt exbibeas te pn̄tem. Hec em̄ in quadā generalitate ſunt dicta. Sed videam⁹ ſingula di diligenter. Nō em̄ debet nos tedere iſta cogitare que ipſum dn̄m nō teduit tollerare.

## ¶ Meditatio paſſiōis xp̄i ante matutinas. ¶ Capitulum.lxxvj.

REaſſume ergo meditatiōes iſtas a principio paſſiōis ꝛ pſequere p ordinē vſqꝫ in finē. de quibus ſic mihi videtur modū tangā. tu xo vt placet exerciter] in amplioribus. vt ꝛ tibi dn̄s ipe dabit. Attende ergo ad ſingula ac ſi pn̄s eſſes. ꝛ cerne eū attēte. cuꝫ a cena exiēs ſmone cōpleto in ortū cū diſcipulis ſcꝫ vadit. Ultimo nunc intra ꝛ ppende quō affectuoſe. ſocialiter ac familiariter eis loquitur. ꝛ ad orationē hortat. quō etiā ipe puſillum. i. p iactuꝫ lapidis pgrediēs humiliter ac reuerēter poſitis genibus orat patrē. Hic parump ſubſiſte ꝛ mirabilia dn̄i dei tui mēte pia. reuolue. Orat nūc dn̄s Jeſus. Sed hactenus legitur pluries ſic oraſſe. ſed p nobis tunc vt aduocatus noſter. nūc autē p ſe orabat. Cōpatere ꝛ admirare pfundiſſimam ſuam humilitatē. Cum em̄ ſit deus patri ſuo coeternus ꝛ coequalis, oblitus videtur ſe deū eſſe. ꝛ orat vt homo. ſtat tanq̄ quilibet homunculus de pplxo dn̄m orās. Cōſidera etiā pfectiſſimaꝫ obedientiam. Quid em̄ orat? certe orat patrē vt hora mortis ab eo transferatur habet hoc expedire vt nō moreretur ſi ei placeret. ꝛ tn̄ nō exauditur ſm aliquā dico voluntatem que in eo erat. Fuit tn̄ in eo multiplex voluntas. vt iam dicā. Et hic etiaꝫ tu cōpatere qꝛ vult pater vt penitus moriat. ꝛ ei q̄uis vero ꝛ vnico et filio pprio nō pepercit ſed p nobis omībus iſtum ſic tradidit. Sic em̄ dilexit mūdum. vt filium ſuum vnigenitū daret. Dn̄s aūt Jeſus hanc obediētiam ſuſcipit ꝛ exequitur reuerēter. Uide in tertio loco indicibilem ad nos caritatē tā patris q̄ filij: cōpaſſione, admiratiōe, veneratōeqꝫ digniſſima. Propter nos hec mors indicit: ꝛ ſuſtinetur ppter nimiā carriatē ipſorū. Orat ergo dn̄s Jeſus patrē plixe dicēs. Mi pater clemētiſſime, rogo te vt exaudias orationē meam: ꝛ ne deſpexeris depcationē meā. Intēde mihi ꝛ exaudi me, quia cōtriſtatus ſum in exercitatione mea, ꝛ anxiatus eſt in me ſpirit⁹ meus, ꝛ in me turbatū eſt cor meū. Inclina ergo ad me aurē tuā, ꝛ intēde voci depcatiōis mee. Tibi pater placuit me in mūdum mittere vt p iniuria tibi ab homīe facta ſatiſfacerem. ꝛ ſtatim cum voluiſti dixi. Ecce vado. Et ſicut in capite libri ſcriptum ē de me vt facerē voluntatē tuā ſic volui. veritatē tuā

⁊ ſalutare tuū annūciaui. Pauper ſui ⁊ in labo-
ribus a iuuētute mea. faciēs voluntatē tuā ⁊ oīa
que mandaſti feci. Paratus ſum etiā complere
que reſtāt. Si tñ pater mi fieri pōt tolle a me tan
tā amaritudinē ꝙta mihi parata eſt ab aduerſa
rijs meis. Uides eñ pater quāta aduerſant ad-
uerſum me. ⁊ quot ⁊ quāta mihi īponūt ꝓpter q̄
accipe aīam meā ꝯſiliati ſunt. Sȝ pater ſctē ſi fe-
ci ea. ſi ē iniq̄tas in manib⁹ meiſ. Si reddidi retri
buētibus mihi mala decidaȝ merito ab inimicis
meis inanis. Ego eñ q̄ tibi placita ſunt feci ſem
per. Ipſi vō poſuerūt aduerſuȝ me mala ꝓ bonis
⁊ odiū ꝓ dilectiōe mea ⁊ diſcipulū meū corrupe-
rūt. ⁊ ſuū ducē ad me ꝑdendū fecerūt. ⁊ appende
rūt mercedē meā triginta argenteis q̄bus appre
ciat⁹ ſum ab eis. Rogo te pater mi vt trāſferas a
me calicē iſtū. Si aūt aliter tibi videt. Fiat volū-
tas tua ⁊ nō mea. Sȝ exurge pr̄ in adiutoriū me
um. Feſtina vt me adiuues. Dato ei dilectiſſime
pater ꝙ me neſcierūt filiū tuū qꝛ innocētem vitā
cū eis duxi. ⁊ mlta bona eis ꝯtuli. nō deberēt pat
ſic mihi eē crudeles. Recordare nāqȝ ꝙ ſteteri in
ꝯſpectu tuo vt loq̄rer ꝓ eis bonū. vt auerterē in
dignationē tuā ab eis. Sȝ ve. nūquid reddit pro
bono malūȝ. Ipſi autē foderunt foueā aīe mee. ⁊
mortē turpiſſimā parauerunt. Tu vides dñe ne ſi-
leas ne diſcedas a me. qm̄ tribulatio ꝓxima eſt. ⁊

nō eſt qui adiuuet. Ecce in ꝯſpectu tuo ſunt qui
tribulāt me querētes aīam meā. Improperiuȝ ex
pectauit cor meū ⁊ miſeriā. Et rediēs dñs ieſus
ad diſcipulos ſuos excitās eos ⁊ de orādo ꝯfor
tat. Et iterum ſcđo ⁊ tertio ad orationeȝ redijt in
tribus ſcȝ diuerſis locis diſtātibus ab iunicē ꝑ ia-
ctum lapidis. nō ꝙtum quis excutiēs brachium
ꝓijcere poſſet. ſȝ quātum ſine magna violētia la
pidē mitteret forte quāta eſt longitudo domorū
noſtrarū vt habeo a fratre noſtro qui fuit ibi. Et
adhuc in ipſis locis ſunt veſtigia eccliarum que
ibi facte fuerunt. Rediens ergo ad orationem vt
dixi ſecundo ⁊ tertio eundē ſermonē orauit ⁊ ad
didit. Pater iuſte ſi ſic decreuiſti. vt penitus cru
cis patibulum ſubeam. fiat voluntas tua. Sȝ re
commendo tibi dilectiſſimā matrem meam. ⁊ diſci
pulos meos quos huculqȝ ſeruaui. Pater mi ſer
ua eos ammodo. Et interim ſacratiſſim⁹ ille ſan-
guis corporis ſui in modum ſudoris erumpens
in hac agonia ſiue certamie. dum prolixius orat
vſqȝ ad terram abundanter decurrit. Conſide-
ra nunc ergo eum quanta nunc eſt anime ſue an-
guſtia. Sed ⁊ hic illud animaduerte contra im-
patiētiam noſtram. Quia domin⁹ tribus vicib⁹
orauit anteꝙ a patre reſpōſionem acciperet. Cū
autem ſic orat anxiatus dominus Jeſus. Ecce
angelus dñi. princeps militie celeſtis exercitus

Michael ſcꝫ aſtitit ꝯfortās eum ⁊ dicēs. Salue
te deus meus Jeſu. Ego orationē veſtrā ⁊ ſudo
rē veſtrum ſanguineū patri veſtro obtuli in ꝯſpe
ctu totius curie ſuperne. ⁊ oēs ꝑcidētes ſuppli
cauim⁹ vt calicē hunc trāſferret a vobis. ⁊ rn̄dit.
pat. Nouit dilectiſſim⁹ fili⁹ meus Jeſus ꝙ hūa
ni generis redēptio ꝙ̄ ſic optamus. ſine ſanguis
ſui effuſione ſic decēter fieri nō pōt. ⁊ ideo ſi ſalu
tē vult aīaꝝ oportet eū ꝓ eis mori. Quid ergo di
ſcerniti s: Tunc rn̄dit dn̄s Jeſus angelo. Salutē
animaꝝ oīno volo. ⁊ idcirco poti⁹ eligo mori vt
ſaluētur aīe quas ad imaginē ſuam pater creaue
rat. ꝙ̄ velim nō mori ⁊ nō aīe redimātur. Fiat er
go volūtas patris mei. Et angelus ad eū. Con
fortamini ergo ⁊ viriliter agite. excelſum eīn decꝫ
magnifica facere. ⁊ magnanimū ardua tollerare.
Cito ꝑtrāſibūt penalia ⁊ ſuccedūt ꝑpetuo glori
oſa. Dicit pater ꝙ ſemꝑ vobiſcum eſt. ⁊ ꝙ matrē
veſtrā ⁊ diſcipulos ip̄e ſuabit. ip̄oſqꝫ incolumes
vobis reddet. Et humilis dn̄s reuerēter ⁊ humi
liter ſuſcipit hāc ꝯfortationē etiā a ſua creatura
cōſiderās ſe eſſe minoratū paulomin⁹ ab angelis
dum ē in hac valle miſera tenebraꝝ. ⁊ ſic ꝯtriſta
batur vt homo ⁊ valefecit ei. Et ſic ex ꝟbis ange
li fuit cōfortatus vt homo rogans vt eū patri ac
celeſti curie cōmēdarꝫ Surgit ergo tertio ab ora
tione totus ſanguine madefactus. quē conſpice

tergētem ſibi vultum. vel etiā forte in torrēte lauā
tem. totūqꝫ afflictū reuerēter cerne. eiqꝫ intime cō
patere. qꝛ ſine ingenti acerbitate dolorꝭ hō ſibi cō
tingere nullatenus potuit. Dicūt tamē ſapiētes
⁊ expoſitores ꝙ orauit dn̄s Jeſus patrē. nō tā
timore patiēdi. ꝙ̄ miſericordia priorꝭ ppl̄i. qꝛ ꝯpa
tiebatur iudeis quia ꝓ ſua morte ſeuiſſima ꝑderē
tur. Nō eīn ip̄i occidere euꝫ debebāt. quia ex ip̄is
erat ⁊ in lege eoꝝ continebatur. ⁊ tāta eis benefi
cia impēdebat dū orabat patreꝫ ꝓ ſalute iudeo
rum. ⁊ dicebat. vt credat multitudo gentium non
recuſo paſſionē. Si vero iudei excecandi ſunt vt
aliī videant. nō mea volūtas ſꝫ tua fiat. Fuit eīn
in xp̄o tūc quadruplex volūts. ſ. volūtas carnis
⁊ hec nullo mō volebat pati. Voluntas ſenſua
litatis ⁊ hec remurmurabat ⁊ timebat. Volūtas
rōnis. ⁊ hec obediebat ⁊ conſentiebat. Nam iux
ta Jſaiā dicitur. Oblatus eſt quia ip̄e voluit. Et
fuit in eo voluntas diuinitatis. Et hec imꝑabat
⁊ ſn̄iam ip̄a dictabat. Igitur quia verus erat hō
vt homo erat in magna anguiſtia poſitus. Et idō
intime compatere ei. ⁊ cōſidera ⁊ vide diligenter
omnes actus ⁊ ſingulas affectiones dn̄i dei tui.
Venit aūt ad diſcipulos ſuos dicēs. Dormite iā
⁊ requieſcite qui ibi aliquātuluꝫ dormierūt. Bo
nus autē paſtor vigilat ſuper cuſtodiam gregis
ſui puſilli. O grādis amor. Vere in finem dilexit

eos. cū in tāta poſitus agonia eorū ꝓcurat quie
tē. Uidebat aūt a longe aduerſarios ſuos venien
tes cū facibus ⁊ armis. Nec tñ diſcipulos exci
tauit niſi cuꝫ ꝓpe ⁊ iuxta eos erāt. tunc dixit eis
ſufficit. ſatꝭ dormiſtis. ecce q̇ me tradet appropi
quat. Et adhuc eo loquēte venit añ illos nequā
iudas. peſſimꝰ mercatoꝛ. ⁊ oſculatꝰ eſt euꝫ. Dicit
enī ꝙ moris erat dñi Jeſu diſciplos quos emit
tebat in oſculo recipe redeūtes. ⁊ ꝓpterea ꝓditoꝛ
ille in ſignuꝫ ieſuꝫ ꝑ oſclm tradidit. ⁊ p̄cedēs ali
os cuꝫ oſculo redijt. q̄ſi di. Nō ſum ego cuꝫ iſtis
armatis. ſed rediēs moꝛe ſolito te oſculoꝛ ⁊ dico
Aue Rabbi. O vere ꝓditoꝛ Intuere ergo dñ ⁊ ꝑ
ſequens dñm vide quō patienter ⁊ benigne ſuſci
pit ipſius infelicis amplexꝰ ⁊ oſcula ꝓditoꝛꝭ. cuiꝰ
paulo añ pedes lauerat. ⁊ ſummo cibauerat cibo
Et quō ſe patiť capi. ligari. ꝑcuti ⁊ furibunde du
ci. Ac ſi eſſet malefactoꝛ. ⁊ oīno īpotens ad ſe de
fendēduꝫ. Quō etiā cōpatiť diſcipulis ſuis fugi
entibꝰ ⁊ errātibꝰ. Sꝫ ⁊ ipſoꝝ doloꝛes cernere po
tes. quō inuiti ⁊ dolētes gemitꝰ ⁊ ſuſpiria dabāt
⁊ velut oꝛphani ⁊ timoꝛe ꝑterriti recedebāt. ⁊ ma
gis ac magis eoꝝ augebať doloꝛ cuꝫ videbant ⁊
dñm ſuum ſic viliter trahi. ⁊ canes iſtos trahen
tes eū ad victimā. ⁊ illū quaſi agnum māſuetiſſi
mū ſine reſiſtētia ipſos ſequi. Conſpice nunc eum
quō duciť ab illis nequiſſimis de toꝛrēte ſurſum

hierusalem feſtinanter ⁊ anxie. manibus poſt ter
gum ligatis exclamidatus. tunica ſupercinctus
nō curioſe. capite diſcooꝑtus. ⁊ curuus ex fati
gatione ⁊ vehemēti acceleratione incedens. Cū
autem p̄ſentatur pꝛīcipibus ſacerdotum Anne ⁊
Cayphe ⁊ alijs ſenioꝛibus ꝯgregatis illi quaſi
leo capta pꝛeda exultant. ipſm examināt. falſos ꝓ
curant teſtes qui eum ꝯdemnāt. ⁊ expuunt. in eiꝰ
ſacratiſſimā faciē. oculos velant. colaphizāt ala
pis. cedūt. dicētes ꝓphetiza quis eſt q̇ te ꝑcuſſit
⁊ multis obpꝛobꝛijs eū verāt. ⁊ in oībus ſe pa
tienter habebat. Et hic in ſingulis eum ꝯſpice ⁊
compatere. Tandem illi maioꝛes receſſerunt mit
tentes eū in quendam carcerem ibi ſubtus ſolari
um qui adhuc videri pōt. vl̕ eius veſtigium. ⁊ li
gauerunt eum ad quandaꝫ columnam lapideam
cuius pars poſtea comminuta eſt. ⁊ adhuc ap
paret vt habeo ex fratre noſtro qui vidit. Dimi
ſerunt nihilominus aliquos armatos ad tutioꝛē
cuſtodiam qui eum ꝑ totā nocteꝫ reſiduam vexa
uerunt. deriſionibus ⁊ maledictis vacantes. In
tuere ergo qualiter audaces ⁊ peſſimi conuician
tur eidem dicentes. Credebas tu melioꝛ ⁊ ſapiē
tioꝛ eſſe pꝛincipibus noſtris. q̄ ſtulticia erat tua.
non debebas apire os tuum cōtra eos. quō fui
ſti auſus ſic facere. Sꝫ nūc apparet ſapiētia tua
vt ſtes mō ſicut tuis conuenit paribus. dignus

proculdubio es morte.⁊ tu eã habebis.⁊ ſic per totã noctẽ modo vnus ⁊ modo alius inſultabat verbis ⁊ factis ↄtra eũ:quãta credis dicũt ⁊ faciunt hij mercẽnarij obprobrijs viliſſimis ĩdiſcrete ⁊ irreuerẽter ei inſultãt: Intuere nũc dñm verecunde ⁊ patiẽter tacentẽ ad oĩa tanq̃ in culpa deprehenſum.⁊ vultu in terrã demiſſo ⁊ ſibi cõpatere vehemẽter. O dñe ad quoꝝ manus veniſti quãta eſt patiẽtia tua: Vere iſta eſt hora tenebrarũ. Et ſic ſtetit rectus ad illam columnã ligatus vſq; ad mane. Interim aũt iohãnes vadit ad dominã ⁊ ſocias in domũ magdalene congregatas in qua cenã fecerãt.⁊ narrat cũcta q̃ dño ⁊ diſcipulis ↄtigerũt. Tunc indicibilis planct⁹ eiulat⁹ ⁊ clamor factus eſt ibi. Intuere eas ⁊ cõpatere. q2 in afflictiõe ꝑmaxima ⁊ dolore vehemẽtiſſimo ſunt de dilecto dño ſuo.q2 bene vident ⁊ credunt nũc ipm dñm moriturũ. Tandem dña ſecedit ad parietem.⁊ in oratione ſe ↄuertit dicẽs. Pater reuerẽdiſſime.pater piiſſime. pr̃ miſericordiſſime. recõmendo vobis filiũ meũ dilectiſſimũ. Non ſitis ei crudelis:q2 cũctis eſtis benignus. Pater eterne morieť ne filius meus Jeſus: Nihil enim mali fecit. Sꝫ pater iuſte ſi redẽptionẽ vultis humani generis.p aliũ modũ obſecro faciatis. oĩa namq; poſſibilia ſunt vobis. Rogo vos pr̃ ſanctiſſime ſi placet vobis non moriať filius meus Jeſus.liberate ipm de manibus pctoꝝ.⁊ reddite ipm mihi. Ipe ꝑpter obedientiã veſtrã ⁊ reuerẽntiã nõ ſe iuuat. Dereliquit ſeipm ⁊ tanq̃ imbecillis ⁊ impotẽs eſt inter iſtos. Unde vos illũ dñe adiuuate. Hec ⁊ his ſimilia orabat dña cum affectu ſuo toto ⁊ conatu.⁊ cũ magna amaritudine cordis ſui. Compatere nunc ei quam ſic cernis afflictam.

## ¶ Meditatio paſſionis chriſti hora prima. Capitulum.lxxvij.

Mane aũt tempeſtiue redierũt ꝑncipes ⁊ maiores populi ⁊ fecerũt eum ligari manus poſt tergũ dicẽtes. Ueni nobiſcũ latro, veni ad iudiciũ.hodie cõplebũtur maleficia tua.modo tua ſapiẽtia apparebit.⁊ ducebãt eum ad pylatũ.⁊ ipe tanq̃ innocẽs ſeqbať eos cũ eſſet agnus innocẽtiſſimus. Cũ autẽ mater eius.iohãnes ⁊ ſocie (Nã ⁊ ipſe ſummo mane exierũt foras vt venirẽt ad eũ) occurrerunt ei i biuio ⁊ videtes eũ ſic vituperabiliter.⁊ ſic enormiter a tanta multitudie duci.quãto repleti ſunt dolore dici nõ poſſet. In iſto aũt mutuo ↄſpectu fuit dolor vehementiſſimus vtriuſq;. Nam ipſe dominus multũ affligebatur ex cõpaſſione quã

habebat ad ſuos ⁊ marie erga matrē. Sciebat eñ
ꝙ ꝓpter ipſuꝫ dolebant vſqꝫ ad anime ⁊ corꝑis
auulſionē. Conſidera ergo ⁊ intuere diligenter ꝑ
ſingula. Sunt eñ ꝑmultū. imo ꝑmaxime cōpaſ
ſiua. Ducitur ergo ad pylatū. ⁊ ille mulieres a lō-
ge ſequūtur quia appropinquare nō poſſent. Ac
cuſatur tūc ab illis in multis. ⁊ pylatus ipm̄ mi-
ſit ad herodē. Herodes vero cupiēs videre ď ſuis
miraculis gauiſus eſt. ſed nec miraculum ab illo
habere potuit. neqꝫ verbuꝫ. Igit̃ ex hoc reputās
eū ſtultuꝫ fecit in deriſione ipm̄ indui veſte alba
⁊ remiſit eū pylato. Et ſic vide qualiter nō ſoluꝫ
malefactor. ſed ⁊ ſtultus ē ab om̄ibus illis repu
tatus. Ipſe autem om̄ia patientiſſime tolerabat.
Intuere etiā hic cū dñ̄ ducitur ⁊ reducitur. dimiſ-
ſo vultu ⁊ verecunde incedenteꝫ. ⁊ oīm clamores
cōuicia ⁊ ſubſannationes audienteꝫ. ⁊ forte lapi
dum ꝑcuſſiones ⁊ immūdiciaruꝫ aliarū fetores
ſuſcipientem. Et etiam matrem. ⁊ ſuos intuere di
ſcipulos cum indicibili merore a longe ſtantes
⁊ inde ipſuꝫ ſequentes. Reducto aūt eo ad pyla
tum illi canes cuꝫ audacia magna atqꝫ ꝯſtantia
ꝓſequūtur ſuas accuſatiōes. Sed pylatus cau-
ſam mortis non inueniens in eum. ipſum dimit-
tere nitebatur. Dixit ergo Ipſum corripiam ⁊ di
mittam. O pylate tu dñ̄ꝫ tuū caſtigas: neſcis q̇d
agis quia nec mortem, nec flagella meretur. Re-

cte ageres. ſi te ad ſuum nutū corrigeres. Iuſſit
autem eum duriſſime flagellari. Spoliatur ergo
dñs. ⁊ ad colomnā ligatur ⁊ diuerſimode flagel
latur. Stat nudus coram oībus iuuenis elegās
⁊ verecundus, ſpecioſus forma pre filijs hoīm
ſuſcipit ſpurciſſimoruꝫ flagella dura ⁊ doloroſa
caro illa innocētiſſima ⁊ tenerrima mundiſſima
⁊ pulcherrima. Flos omnis carnis ⁊ totius hu-
mane nature. repletur liuoribus ⁊ fracturis. Flu
it vndiqꝫ regius ſanguis de omnibus partibus
corporis. ſuperadditur. reiteratur ⁊ ſpiſſatur li-
uor ſuper liuorem. ⁊ fractura ſuper fracturā quo
uſqꝫ tam tortoribus ꝙ̄ inſpectoribus fatigatis
ſolui iubetur. Columna autem ad quam ligatus
fuerat veſtigia cruoris oſtēdit ſicut in hyſtorijs
continetur. Hic ergo eum diligenter conſidera ꝑ
longam moram. ⁊ ſi hic non compateris cor la-
pideū puta te habere. Tūc impletū eſt q̄d ait Iſai
as ꝓpha. Vidimꝰ inq̇t eū. ⁊ nō erat aſpectꝰ. ⁊ re-
putauimꝰ eū q̄ſi leproſuꝫ ⁊ hūiliatū a deo. O dñe
ieſu quis fuit ille tā audax ⁊ tā temerarius qui te
ſpoliauit. ⁊ qui illi audaciores qui te ligauerunt
ſed qui illi audaciſſimi qui te tam duriſſime fla-
gellauerūt: Sed tu ſol iuſticie tuos radios ſub-
traxiſti. ⁊ ideo facte ſunt tenebre ac tenebrarum
poteſtas. ¶ Omnes ſunt te potentiores. Amor
tuus ⁊ iniquitas noſtra ſic te imbecillem fecerūt.

Maledicta ſit tāta iniqtas pro qua ſic affligerí.
Soluto dn̄o a columna ducūt eum ſic nudatum
ſic flagellatum. ꝑ domū ſcrutādo pro pānis qui
ſparſim in domo proiecti fuerūt ab expoliatori-
bus. Intuere eū ſic bene afflictū ⁊ trementē du-
riſſime. Erat em̄ frigus ſicut dicit euāgeliū. Cuz
ſe vellet reueſtire ꝯtendūt quidā impiiſſimi dicē
tes pylato. Dn̄e. Hic ſe facit regē. Veſtiemus eū
⁊ more regio coronemus. Et accipiētes quādā
clamidem ſericā, rubeā, ⁊ turpē, veſtierūt eū ⁊ ſpi
nis coronauerūt. Cerne ergo eū in ſingulis acti-
bus ⁊ afflictionibus ſuis. q̄ꝛ om̄ia facit ⁊ ſuſti-
net que ⁊ ipſi volunt. purpuram ſuſcipit. ſuꝑ ca-
put ſpineā coronā portat. arundinē manu tollit.
⁊ ip̄is genuflectētibus ⁊ vt regē ſalutātibus ta-
cet, ⁊ patiētiſſime obmuteſcit. Cerne nūc in ama
ritudine cordis. ⁊ marie caput ipſius plenū ſpi-
nis arundine ſepe ꝑcutitur. Et vide depreſſo col
lo cum dolore tam magno acerbos ictus tūc ſu-
ſcipit. Perforabāt nāq̄ caput eiꝰ ſacratiſſimuz
acerbiſſime ille ſpine ac totuz madere faciebant
ſanguine. O miſeri quō tremendū adhuc appare
bit vobis illud caput regale qd̄ vos nūc percuti
tis. Illudebant em̄ ei tanq̄ regnare volenti ⁊ nō
valenti. Om̄ia aūt ſuſtinet. q̄ꝛ eoꝝ ſeuicia nimia
erat. ſed nec illis ſuffecerat qd̄ ad maiorē illuſio-
nem totā cohortē congregauerāt. ſꝫ ⁊ corā ipſo

pylato ⁊ toto populo adducūt eū foras publice
ſic illuſum ⁊ portantē ſpineā coronā ⁊ purpureū
veſtimentū. Cerne nūc pro deo quō etiā ſtat facie
ad terrā demiſſa coram tanta multitudine vociſe
rante ⁊ clamante. Crucifige eum ⁊ inſuꝑ euz de-
ridēte ⁊ inſultāte quaſi ſapiētiores eo fuerint. ⁊
quō appareat q̄ ipſe ſe inſipiēter habuerit ꝯ pri
cipes ⁊ phariſeos. qui ſic eū aptari fecerūt, ⁊ ad
talē finem ꝑducūt. Et ſic nō ſolum dolores ⁊ pe
nas ſꝫ etiā opprobria ſuſcipiebat ab eis. Hora
Tercia.

## Capitulum. lxxviij.

Petit ergo tota multi
titudo iudeoꝝ vt crucifigatꝛ. Et ſic
cōdēnatur a miſero iudice pylato
Nō recordātur bn̄ficioꝝ ⁊ operuz
eius. nec mouētur ꝑpter innocētiaz
eius. ⁊ qd̄ crudele videtꝛ nō retractātur ꝑpꝛ affli
ctionē quā ei prius intulerūt. ſꝫ gaudent princi-
pes ⁊ maiores q̄ intentionē prauā ꝑfecerūt. Ri-
dēt ⁊ derident eū qui eſt verus deus ⁊ eternus. ⁊
mortē accelerant reducitꝛ intus. ſpoliatur purpu
ra. ⁊ ſtat nudus corā eis. ⁊ datur ei reueſtiēdi li-
cētia. Attēde hic diligēter ⁊ conſidera ſtaturam
eius in ſingulis partibus. ⁊ vt intime compatia-
ris ⁊ ſimul paſcaris. Auerte parūper oculos a
diuinitate ⁊ eum purū hoiem conſidera. ⁊ vide-

bis iuuenē elegantem: nobiliſſimū ꝛ innocentiſſi-
mū ꝛ amātiſſimū. totū aūt flagellatum. ꝛ ſangui
ne liuoꝛibuſqꝫ reſperſum pānos ſuos vndiqꝫ ꝓ-
iectos ſparſim de terra colligere. ꝛ cum quadam
verecundia reuerētia ꝛ ruboꝛe ſe coꝛam eis q̄uis
irridentibus reueſtire ac ſi foꝛet oīm infimus. de
relictus a deo ꝛ omni auxilio deſtitutus. Intue-
re etiam eū diligenter ꝛ pietate ac ꝯpaſſione mo
uearis. nā mō colligit vnā. mō aliā. ꝛ coꝛam illis
ſe reueſtit. Redeas poſt ad diuinitatē ꝛ cōſidera
illam immēſam eternam ꝛ incōpꝛehēſibilem ꝛ im
patoꝛiā maieſtatem incarnatā. ſe flectētem humi
liter. ad terram inclinantē ꝛ pannos recolligentē
ſecum reuerētia ꝛ ruboꝛe ſimiliter veſtientem ac
ſi eſſet homo viliſſim⁹ imo ſeruus emptitius ſub
iſtoꝝ dominio ꝯſtitutus. ꝛ ab eis pꝛo aliquo ex-
ceſſu coꝛrectus et caſtigatus. Intuere etiam eū
diligenter ꝛ humilitatem eius admirare. ꝛ eidem
confoꝛma te ipſam. eiſdem etiā conſiderationib⁹
cōpatiens. Intuere potes eundem cū ad colum
naꝫ ligatus ſic enoꝛmiter flagellať. ꝛ eo reueſtito
ducunt eum foꝛas ne moꝛtem vlterius differant.
Et tunc venerabile lignū crucis longum ꝛ groſ-
ſum ꝛ multū graue ponūt ſup humeros eius. qđ
agnus manſuetiſſim⁹ patieter ſuſcipit ꝛ poꝛtat.
Et vt dicitur in hyſtoꝛijs opinio eſt crucem dñi:
xv. pedes habuiſſe in altum. ꝛ tunc ducitur ꝛ ac

celeratur. ꝛ obpꝛobꝛijs ſaturatur vt ſupꝛa in pͥn
cipio tactum fuit hoꝛa matutina. Ductus autem
fuit foꝛas cū ſocijs ſuis duob⁹ vtiqꝫ latronib⁹
Ecce hec eſt ſua ſocietas. ¶ O bone Ieſu quan
taꝫ verecundiā faciūt vobis iſti veſtri amici. latro
nibus vos aſſociāt: ſꝫ ꝛ deterius faciūt qui cru
cem vobis poꝛtādā imponūt. quod de latronib⁹
ipſis nō legitur. Vn̄ nō ſolū iuxta Iſaiā. Cuꝫ ini
quis deputatus eſt. ſed iniquoꝝ iniquioꝛ. Indi-
cibilis eſt dñe patientia veſtra. Cerne igitur hic
eum bene quō vadit curuus ſubtus crucem ꝛ ve
hementer anhelat. Compatere ergo ei quātum
potes in tot anguſtijs ꝛ ludibꝛioꝛum renouatio
nibus poſito. Et quia vere meſta mater eius pꝛo-
pter multitudinem gentiuꝫ ei appꝛopinquare nō
poterat nec videre iuit ꝑ aliam viam bꝛeuiōꝛē cū
iohanne ꝛ ſociabus ſuis vt alios pꝛecedens ei
appꝛoximare valeret. Cum autem extra poꝛtam
ciuitatis in concurſu viarum eum habuit obuiū
cernens eum oneratum ligno tam grandi, quod
pꝛimo non viderat. ſemimoꝛtua facta eſt ꝑ angu
ſtia. nec verbum ei dicere potuit nec dominus ei.
quia acceleratus erat ab eis qui eum ducebāt ad
crucifigendum. Vlterius aūt dn̄s ꝓcedens paꝝ
poſt conuertit ſe ad mulieres flentes. ꝛ dixit eis.
Filie hieruſaleꝫ nolite flere ſuper me ſed ſup voſ-
ipſas flete ꝛc̄. ſicut in euāgelio plenius cōtineť.

Et in his duobus locis apparēt veſtigia eccle-
ſiarū adhuc que ibi facta ſunt in meoriam hoim
vt habui a fratre noſtro qui vidit q etiaz dicit ꝙ
mons caluarie vbi fuit xpus crucifixus ſtabat a
porta ciuitatis quātum locus noſter a porta ſcti
Germani. Vñ nimis longa portatio crucis erat
Cum ergo vlterius pceſſiſſet ⁊ ita eſſet fatigatꝰ
⁊ cōfractus ꝙ amodo portare nō poſſet. crucem
depoſuit. Illi aūt peſſimi differre nolētes mortē
ſuā timētes, ne ſententiā eius reuocaret pylatus
qꝛ oſtēdebat voluntatē dimittēdi eū. cogerūt quē
dam crucē portare Ipſuz aūt ſic exoneratū vt la
tronē ligatū ad caluarie locū duxerūt. Nōne igit
hec que in matutinali. pma ⁊ tercia hora paſſus
eſt videntur tibi ſine iſta crucifixiōe vehēmetiſſi-
mi dolorum eſſe ⁊ amariſſimi ⁊ horrores valde ſtu-
pēdi; Certe ſic puto ⁊ ad cōpaſſionē factētia mo
tiua animo valde inferētia paſſionē. ſic cōpleta
videntur q de his tribꝰ dicēda ſunt ad pñs. Videamꝰ
ergo nūc que cōtigerūt in crucifixiōe ⁊ morte. ſ.
hora ſexta ⁊ nona. Poſtea videbimꝰ de his que
ɔtigerūt poſt mortē. ſ. hora veſptina ⁊ ɔpletorij.

## ¶ Hora ſexta. ¶ Capitu. lxxix.

Um ergo dominus ie-
ſus ductu impiorum ad caluarie locuz fe-
tidum peruenit. cōſpicere potes opera
rios malos vndiqꝫ nequiter operari. His auteꝫ
toto mētis intuitu te pñtem exhibeas. ⁊ intuere di
ligenter cuncta que ſunt ɔtra dñm tuū. ⁊ que di-
cūtur ⁊ fiunt ab ipo atꝫ p ipm. Videas ergo ocu
lis mentis alios figere crucē in terrā, alios para
re clauos ⁊ martellos, alios parare ſcalas ⁊ alia
inſtrumenta, alios ordinare quis quid facere de-
beat, ⁊ alios ipm ſpoliare. Spoliatur etiam ⁊ nu
dus eſt nunc tertia vice coram tota multitudine.
renouantur fracture p pānos carni applicatos.
Nūc primo mater ɔſpicit filiū ſuum ſicut captū
⁊ aptatū dolore mortis affligi. Triſtatur etiā ſu-
pra modum. ⁊ cum rubore ꝙ videt euz totaliter
nudum. nam ⁊ ei nec femoralia dimiſerunt. Acce
lerat ergo ⁊ approximat filio amplexatur ⁊ cīgit
eū capitis ſui velo. O in quanta amaritudine eſt
nunc anima ſua. nō credo ꝙ ei verbum dicere po
tuit. ſi amplius facere poſſet. vtiqꝫ voluiſſet. ſed
amplius non potuit eum adiuuare. Eripitur enī
filius ſuus de manibus eius furibunde ad pedē
crucis. ¶ Hic modum crucis diligenter attende
Ponūtur due ſcale. vna retrorſum ad brachiuz
dextrum. alia ad ſiniſtruz brachium. ſuper quas
malefici aſcendunt cum clauis ⁊ martellis. Po-
nitur etiā alia ſcala ex parte anteriori. attingens
vſqꝫ ad locū vbi debebāt pedes affigi. Conſpice
nunc bene ſingula. Compellitur dñs Jeſus cru

cē aſcēdere ꝑ hāc ſcalam paruā. Ipſe aūt ſine re
bellione ⁊ ɔ̄dictiōe facit hūiliter quicq̄d volunt.
Cum ergo in ſuꝑiori parte iſtius parue ſcale per
uenit ad crucem. renes ɔ̄uertit. ⁊ illa regalia aperit
brachia. ⁊ extēdens manus pulcherrimas. in ex
celſum eas porrigit ſuis crucifixoribus. Aſpiciē
in celum patri dicēs. Ecce hic ſuꝫ pr̄ mi/vſqꝫ ad
crucē me humiliari voluiſti ꝑ amore ⁊ ſalute ge-
neris hūani: placet accepto ⁊ ꝑ eis me tibi offe-
ro. quos dediſti mihi ⁊ fratres eſſe voluiſti. acce-
pta igr̄ ⁊ tu pr̄ ⁊ deinceps placabilis eſto mei a-
more. ⁊ omniū maculas veteres abſterge ⁊ elon
ga ab eis. me pro eis tibi offero pr̄. Qui aūt re-
tro crucē eſt/accipit manū eius dexterā ⁊ eā for-
titer cruci affigit. Quo facto ille q̄ eſt in latere ſi-
niſtro accipit manū ſiniſtrā ⁊ trahit q̄ꝫtum pōt ⁊
extēdit ⁊ aliū clauū immittit. ꝑcutit ⁊ ɔfigit. De-
ſcendūt poſt hec ḋ ſcalis ⁊ remouētur oēs ſcale.
Pendet dn̄s ex grauedine corpis deorſum tra-
hētis ſolum clauis infixis manibus ſuſtentatur
Nihilominus occurrit ⁊ alius ⁊ ꝑ pedes q̄ꝫtum
pōt eum trahit. ⁊ eo ſic extēto alius ɔfigit eius
pedes clauo duriſſimo. ¶ Sūt tn̄ quidā qui cre
dunt ꝙ nō hoc modo fuerat crucifixus. ſed cru-
ce extenta in terra/eum eleuauerūt ⁊ crucem fixe-
runt in terrā. ¶ Q ſi hoc magis placet. conſpi-
ce quomodo ipſum capiunt deſpicabiliter ſicut

ribaldum viliſſimū. ⁊ proſternūt ſuꝑ crucē in ter
ra furibunde brachia ipius accipiētes. ⁊ poſt vi
olentā extenſionē cruci duriſſime affigentes. Si-
militer ⁊ ḋ pedibus factum intuere quos traxerīt
quantum violentiſſime potuerūt. Ecce crucifixꝰ
eſt dn̄s Jeſus. ⁊ ſic in cruce extenſus ꝙ dinume
rari oīa oſſa eius poſſent/ſicut ipe conqueritur
per prophetam. Fluunt vndiqꝫ ſacratiſſimi ſan-
guinis riuuli ex illis magnis ſciſſuris. Sicqꝫ an
guſtatꝰ eſt ꝙ ſe mouere non poteſt niſi in capite.
Illi tres claui ſuſtinent totius corporis pōdus
dolores acerbiſſimos tolerat. ⁊ vltra q̄ꝫ dici poſ-
ſit vel cogitari affligitur. Pendet inter duos la-
trones. vndiqꝫ pene. vndiqꝫ opprobria. vndiqꝫ
conuicia. Nam ſic coanguſtato a conuicijs non
parcunt. Alij blaſphemant dicentes. Vah qui de
ſtruis templum dei. Alij vero/ſeipſuꝫ non poteſt
ſaluum facere. ⁊ alia dicunt multa conuicia. Si
filius dei eſt/deſcendat de cruce vt credamus ei
Sed ⁊ milites qui crucifixerunt eum. diuiſerunt
ſibi veſtimenta eius in ipſius preſentia. Et hec
omnia dicuntur ⁊ fiunt preſente matre ſua me-
ſtiſſima. Cuius compaſſio multum augmentat
filio paſſionem. ¶ Et econtrario. ipſa cum filio
pendebat in cruce. Et potius elegit mori cum
ipſo q̄ꝫ amplius viuere. Vndiqꝫ ſunt anguſtie/
⁊ tormenta ſentiri poterant. ¶ Narrari vero

nullatenus poterāt. Stabat mater iuxta crucem
filij ⁊ inter cruceꝫ eius ⁊ inter crucē latronis nō
auertebat oculos a filio. anguſtiabatur vt ipē. ⁊
toto corde orabat ad patrē. dicēs. Pater ⁊ de⁹
eterne. placuit vobis vt filius meus crucifigeret
nō eſt tempus vt a vobis repetam. ſed videtis in
quanta anguſtia eſt nūc anima ſua. Rogo vt mi
tigetis ei penam. ſi placet. Pater recōmēdo vo-
bis filiū meum. Et filius ſimiliter orat patrem ꝓ
ea. ⁊ tacite intra ſe dicebat. Pater mi vides quō
affligitur mater mea. Ego debeo crucifigi. nō ip-
ſa. ſed mecū eſt in cruce. Sufficit crucifixio mea.
qui totius ppl'i porto pctā. ipā nihil tale meretur
Vides eam deſolatam. tota die merore ꝯfectam
Recōmendo eam tibi. dolores eius tolerabiles
facias. Erāt aūt iuxta crucē cū dn̄a Johānes ⁊
magdalena ⁊ due ſorores dn̄e. ſcꝫ maria iacobi ⁊
ſalome. ⁊ forte etiam alie. Et de his ſimus contē
ti in hoc noſtro tractatu. que oīs ⁊ maxime ma
gdalena dilecta ieſu diſcipula vehemēter flebāt
Nec de ſuo dn̄o dilecto ac magiſtro poterāt con-
ſolari. Cōpatiebātur dn̄o ⁊ dn̄e ⁊ ſibiipſis. Sepe
renouabatur eis dolor. quia ſemꝑ eis renouabat
compaſſio. cum in conuicijs vel in factis ſuo do
mino noua paſſio addebatur.

¶ Meditatio paſſionis domini ho-
ra nona.

## ¶ Capitulum. lxxx.

Dominus aūt in cru-
ce pendens. vſqꝫ ad exitū ſpiritus
non fuit ocioſus. ſed faciebat ⁊ do
cebat vtilia pro nobꝭ. ¶ Vn̄ dixit
ſeptē ꝟba q̄ ſcꝑta reputūtur in euā-
gelio. ¶ Primū fuit in ipo crucifixiōis actu cū
orauit ꝓ ſuis crucifixoribus di. Pater ignoſce
illis qꝛ neſciunt quid faciunt. Qd̄ verbū magne
patientie magniqꝫ amorꝭ indiciū preſtat. ⁊ etiā
fuit indicibilis charitatꝭ. ¶ Secūdū fuit ad ma
treꝫ cū dixit. Mulier ecce filius tu⁹. ⁊ ad iohānē
ecce mater tua. Non vocauit eam matreꝫ. ne pre-
amoris vehemētis teneretudine ampli⁹ ipſa do
leret. ¶ Tertium fuit ad latronē penitētem cum
dixit. Hodie mecum eris in paradiſo. ¶ Quartū
fuit Hely hely lama. ⁊c. hoc eſt deus meus. deus
meus. vt quid derelinquiſti me: q. d. pater tm̄ di-
lexiſti mundum vt me pro ipo tradidiſti. ⁊ dereli
quiſſe me videris. ¶ Quintū fuit cum dixit. Si
tio. in quo ꝟbo fuit magna compaſſio matris ⁊
ſociarū ei⁹ ⁊ iohannis. Et illis peſſimis magna
fuit leticia. Nam licet exponi poſſet qꝫ ſitiebat ani
marum ſalutē. tn̄ in veritate ſitiuit. quia ſanguis
effuſione erat totus exciſcatus intus ⁊ etiaꝫ are
factus. Et cum illi maligni cogitare nō poſſent

in quo eum plus nocerẽt. tamẽ vexandi nouam
materiam acceperũt. Unde dederũt ei bibere ace-
tum mixtum cum felle. Maledictus eoꝛuꝫ furoꝛ
quia pertinax ⁊ quantũ poterãt nocuerũt. ¶ Se
xtũ verbũ fuit/ Conſumatũ eſt. q. d. Pater obedi
entiã quã mihi dediſti perfecte compleui. Adhuc
pater etiã quicquid vis mihi filio tuo ꝑcipe. pa-
ratus ſuꝫ q̇cquid reſtat vlterius adimplere: Ego
enĩ in flagella paratus ſum. ſꝫ totũ qđ de me ſcri
ptum eſt. ↄſummatũ eſt. Si tibi placet pater. re-
uoca me modo tibi. Et pater ad eum. Ueni dile-
ctiſſime fili mi. omnia bñ feciſti. nolo ꝙ amplius
anxieri]. Ueni qꝛ in ſinu meo ⁊ inter brachia mea
te ſuſcipiam. Et extunc languere cepit modo mo
rientium. modo claudẽdo oculos. modo aperien
do. ⁊ caput inclinare. modo in vnã parteꝫ/ modo
in aliã. deſicientibus om̃ibus viribus. Tandẽ ad-
didit ſeptimũ verbũ cũ clamoꝛe valido ⁊ lachꝛy-
mis patri dicẽs. Pater in manus tuas cõmẽdo
ſpm̃ meũ. Et hec dicẽs emiſit ſpm̃. inclinato ca-
pite ſuꝑ pectus xp̄us patrẽ. quaſi gratias agẽs ꝙ
ipm̃ reuocabat ⁊ tradẽs ei ſpm̃ ſuũ. Ad hũc cla-
moꝛẽ cõuerſus fuit centurio qui ibi erat: ⁊ dixit.
Uere filius dei erat iſte. audiens ꝙ clamãs expi
